ſunt intelligēde de quibuſlꝫ bonis operibus poſ=
ſibilibus ab homine fieri: ſed de bonis meritorijs
tm̄. Sed hec reſpōſio excluditur primo per illud
apl̄i. pª cor. 4. quid habes qd̄ non accepiſti ⁊c̄. ſu
per quo Aug. in de predeſtinatiōe ſanctorū non
multo poſt principium ꝓlixe probat ꝙ tota intē
tio apoſtoli tendit ad ꝓbandum neminem poſſe
aduerſus alterum extolli: aut de aliquo ſuper al=
terum in ſeipſo aut in alio homine ſed tm̄ in dn̄o
gloriari. vnde apoſtolus hoc inquit trāſfiguraui
in me et apollo. vt in nobis diſcatis ne ſupra q̄ꝫ
ſcriptum eſt vnꝰ inflet̄ aduerſus alterꝝ. quid eni
te diſcernit quid autem habes quod non accepi
ſti. ſi autem et accepiſti: quid gloriaris quaſi non
acceperis. ſ. a deo. oportet ergo intelligere dictū
apoſtoli de quolibet bono quo homo ab homie
diſcerni poteſt aut aduerſus alterum extolli. igi=
tur non ſolū de bono meritorio ſed de bonis mo
ralibus non meritorijs. alias cathecuminus aut
etiā chriſtianꝰ exiſtens in peccato mortali agens
aliquos actꝰ bonos moraliter et de illis ſe extol=
lens aduerſus alterum poſſet apoſtolo queren=
ti: reſpondere diſcernit me iuſticia mea manſue=
tudo mea ⁊ ſic de alijs ſed et hoc non accepi ſed
habui a meipſo. Et ibidē ſubdit Auguſtinus q̄c=
quid et anteq̄ꝫ in chriſtum crederet et cum credi
diſſet bene operatus eſt cornelius totum dandū
eſt deo. ne forte quis extollatur. bona autēꝫ que
anteq̄ꝫ in chriſtum crederet operatus eſt corne=
lius: cōſtat non fuiſſe meritoria merito vite eter
ne. hoc idem expreſſe patet per eūdem libro pri
mo ad ſimplicianum in reſponſione ad. 2.am que=
ſtionem. incipit inquit homo percipere gratiam
ex quo incipit credere deo: vel iterna vel exter=
na admonitione motus ad fidem. ſed in quibuſ
dam tanta eſt gratia fidei quanta non ſufficit ad
obtinendum regnuꝫ celorum ſicut in cathecumi=
nis. ſicut in ipſo centurione anteq̄ꝫ ſacramento=
rum participatione incorporaretur eccleſie. in q̄=
buſdam vero tanta ē gratia vt iam corpori chri=
ſti et ſancto dei templo deputentur. et ſequitur.
fiunt ergo inchoationes quidem fidei conceptio
nibus ſimiles. nō tamē ſolum cōcipi ſed etiā naſ=
ci opus eſt vt ad vitam perueniatur eternam. ni
chil tamē horū ſine gratia miſericordie dei. quia
etiam opera ſi qua bona ſunt: cōſequuntur gr̄aꝫ
illam nō precedunt. hec Aug. hic apparet manife
ſte ꝙ nō ſolū opera vite eterne meritoria qualia
ſunt eorum tm̄ qui iam participatione ſacramen
torum incorporati ſunt eccleſie ⁊ facti templum
dei: ſed etiam alia bona non meritoria vite eter=
ne qualia ſunt in cathecuminis nō fiunt ſine gr̄a
dei. Idē dicit de bonis operibus hereticorum et
ſciſmaticorum in ſermone de patientia dei. ſꝫ me
rito queri poteſt. vtrū et iſta patientia donū dei
ſit an viribus tribuenda ſit volūtatis humane q̄
quiſq̄ꝫ ab eccleſia ſeparatus nō pro errore q̄ eum
ſeparauit ſed pro veritate ſacramenti ſeu verbi
que apud eum remanſit timore penarum eterna
rum patitur temporales penas. cauendū eſt ne
forte ſi donum dei iſtam patientiam dixerimus ī
quibus ineſt et ad regnuꝫ dei credant̄ pertinere.
ſi autem illam donuꝫ dei negauerimus cogamur
fateri ſine adiutorio et munere dei in voluntate
hominis eſſe poſſe aliquid boni. neq̄ꝫ enim hoc
non ē bonum vt credat homo eterno ſuplicio ſe
eſſe puniendum ſi negauerit Chriſtum. et ꝓ iſta
fide qualecunq̄ꝫ ſuplicium perferat ⁊ contemnat
humanum. propoſita autem hac queſtiōe et fa=
ctis argumentis ad vtrāq̄ꝫ partem nullo interpo
ſito determinat eam ſic. proinde ſicut neganduꝫ
non eſt hoc eſſe donum dei: ita intelligēdum eſt
alia eſſe dona filiorum illius hieruſalem que ſur=
ſum eſt libera mater noſtra. hec ſunt enim quo=
dāmodo hereditaria in quibus ſumus heredes
coheredes autem chriſti. alia vero que poſſunt
accipere etiam concubinarum filij quibus iudei
carnales et ſciſmatici vel heretici comparantur.
q̄uis eni ſcriptuꝫ ſit eijce ancillam et filium eius.
nec eni heres erit filiꝰ ancille cū filio meo Iſaac.
et Abrae dicit deus. in Iſaac vocabitur tibi ſemē
quod ſic ē apoſtolus interpretatus vt diceret id
eſt non qui filij carnis hij ſunt filij dei. ſed qui filij
dei deputātur in ſemine. vt intelligeremus ſemē
abrae ſm̄ Iſaac propter chriſtum ad filios dei ꝑ
tinere qui ſunt corpus Chriſti ⁊ membra. i. eccle
ſia dei. vna. vera. germana. catholica tenēs piaꝫ
fidem nō eam que per elationē vel per timorem
ſed eam q̄ per dilectionē opat̄. tn̄ etiā filios cōcu

binarũ; q̃ a filio ſuo Iſaac diuiſit abraã: nõnul-
la eis largit⁹ eſt mũera ne relinquerent̃ omnino
inanes nõ vt tenerẽtur heredes. ſic eñ legimus.
dedit aũt abraã omnẽ ſubſtantiã ſuã Iſaac filio
ſuo ⁊ filijs concubinarum dedit abraã munera. ſi
ergo filij ſumus libere hieruſalē: alia dona ex he
redatorum alia intelligimus heredũ. hec Augu.
Ex qbus patet manifeſte ꝓpoſitum. qm̃ pacien-
tia hereticorũ vel ſciſmaticoꝝ qua ſuſtinent mor
tem ꝓpter xp̃m: nõ vtiq; eſt actus meritorius et
tñ illam dicit eſſe donũ dei. Et idem ſentiendu;
eſt de cuiuſlibet alterius virtutis actu. et vniuerſali
ter de quolibet actu moraliter bono q̃uis nõ ſit me
ritorius. ¶ Cõtra quartã cõcluſionẽ arguit Du-
rãdus improbãdo ꝓbationem ei⁹. quia l; ſupre
mo agẽti conueniat ad vltimum finem pducere
nichil tñ prohibet infimũ agens ad vltimũ fine;
diſponere. ſicut videm⁹ in gñatione hoĩs in qua
l; deus introducat formã vltimam: nã tamen ex
ꝓpria v̄tute diſponit mãm. ſimiliter l; ad cõſecu
tionem gr̃e requirat̃ ſpecialis motio dei gratia;
infundẽtis ſi tñ gratia ſit habituale donum: tñ ad
eam põt ſe hõ diſponere pure vt videt̃ per libe-
rum arbitriũ abſq; tali motione ſpeciali. ¶ 2° q2
illõ bonũ qd h; ad gratiam imediatũ ordinẽ: vi-
det̃ eſſe preparatoriũ ad illã. ſed bonũ morale ẽ
hmõi. cũ ergo in tale bonũ poſſit hõ ſine imedia
ta motiõe voluntatis a deo: p; q abſq; tali adiu
torio poteſt ſe hõ ad grãm preparare. ¶ Cõtra
quintam cõcluſionẽ arguit̃ ſic. Primo. q2 Augu.
in hyponoſticõ reſpõſione tertia recitãs errore;
pelagij ait. Iterũ poſſe dicũt hoĩe; per liberũ ar
bitriu; p ſe ſibi ſufficientẽ implere qd velit. ⁊ poſt
cõtra hoc ait ſic. Reſpondem⁹ neminẽ poſſe p ſe
ſibi. i. per liberũ arbitriu; ſufficere iplere qd velit
recte dicamus niſi ꝓthoplauſtu; ſolum potuiſſe
cum volũtas liberi arbitrij fuiſſet ſana cadẽ ante
culpã. et paulo poſt ꝓbans illud auctoritate ſcri
pture ait. Recte vt calcatius liberũ arbitriũ cum
poſſibilitatis bono qd valeret iplere qd voluiſſet
adã factũ intelligas. audi qd dicat ſcriptura ſan-
cta eccleſiaſtico libro. de⁹ inquit ab itio fecit ho-
minem ⁊ reliquit illũ in manu conſilij ſui. adiecit
mandata ⁊ precepta ⁊c̃. quid eſt autẽ. reliqt illũ
in manu cõſilij ſui niſi dimiſit illũ in poteſtate ar-
bitrij ſui. in manu eñ poſſibilitas intelligit̃. ipa ẽ
prima gratia qua primus hõ ſtare potuiſſet ſi ſer
uare mandata dñi voluiſſet. hec Augu. Ex qbus
patet q adã per liberum arbitrium totaliter do-
tatum qualiter habebat ante culpam. ſ. cum bo-
no poſſibilitatis ſeu gratia illius prima: ſufficie-
bat ſibi implere quod vellet. ceterorum vero ne
minem ſibi ſufficere. per quod patet eu; loqui de
ſufficientia ad bonum. nam ad malum alij etiam
ſufficiunt ſibi. hoc etiam patet ex eo quod dicit.
adam per liberum arbitrium cum bono poſſibi-
litatis potuiſſe ſtare ſi voluiſſet ſeruare mãdata.
Per quod etiam innuit̃ q potuit ſeruare manda
ta. igitur potuit agere actum moraliter bonum.
ſi vero ſibi ſufficiebat ad hoc: igitur nõ indigebat
alio auxilio gratie ſpeciali. alias ceteri poſſent di
ci ſufficere ſibi etiam ad bonum. quia conſtat q
ipſi per liberum arbitriũ cum ſpãli dei adiutorio
poſſunt agere bonũ ⁊ implere omnia diuina mã
data. et tamẽ Aug. de ceteris illud negat. ¶ 2°.
Aut adã per liberum arbitriũ cum adiutorio gra
tie addite poterat ſtante generali influentia dei
ſine alio adiutorio ſeruare mandatum aut nõ. ſi
ſic: igitur potuit agere actum bonu; moraliter. ſi
non: igitur nõ ſeruando nõ peccauit qd non ẽ di-
cendum. pña probatur. quia non faciens aliquid
quod non potuit facere ſi impotentia illud faciẽ
di nõ prouenerit ex peccato: nequaq; peccat. nã
peccatum qd non eſt pena peccati veriſſime diffi
nitur ab Auguſtino in. li° de duabus animabus.
peccatum eſt voluntas retinendi vel conſequen
di quod iuſticia vetat et vnde liberum eſt abſti-
nere. Et idem dicit pmo retractationum. ca° 15.
primum autem peccatum ade nõ fuit pena pec-
cati. nec illa impotentia ſi fuiſſet: proueniſſet ſibi
ex peccato quare et cetera. Hanc rationem ſatis
innuit Aug. in de correctione et gratia. ca°. 49.
vbi ſic dicit. ſi hoc adiutorium angelo vel homi-
ni cum primum facti ſunt defuiſſet: qm̃ non talis
natura facta erat vt ſine diuino adiutorio poſſet
manere ſi vellet: non vtiq; ſua culpa cecidiſſet.
adiutoriu; quippe defuiſſet ſine quo manere nõ
poſſet ⁊ cetera. hec ſunt argumenta Gregorij vo
lentis q adã in primo ſtatu indiguit ad bene vo
lendum ⁊ agendum gratia habituali: non aute;
aliqua ſpeciali motione dei. ¶ 3° arguitur ſic per
eundem. nam Auguſtinus in de bono perſeuerã
tie non multo poſt principium dicit. q non infer
ri in tentationem ⁊ nõ diſcedere a dño: nõ eſt oĩ-
no in viribus liberi arbitrij quales nunc ſunt. fue
runt autem in homine anteq; caderet. ſi autem
non diſcedere a dño et non inferri in tentationẽ
fuit omnino i virib⁹ liberi arbitrij hominis ãteq;
caderet: igitur nõ indigebat ad non diſcedendũ
alio ſpeciali auxilio. alioquin nõ omnino ſed ali
qualiter tm̃ et partialiter illud fuiſſet in viribus
eius. per vires autem ei⁹ non tm̃ ipſum liberum
arbitriũ ſed ẽt vim ⁊ adiutorium ſibi collatũ de-
bemus accipere. ¶ 4° arguit ſic alius ꝯ gregoriũ

concurrens cum eo in lectura ſententiarum pa=
riſi⁹. hō poſt peccatuʒ ade ⁊ in ſtatu nature corru
pte pōt habere rectam ⁊ perfectā cognitionem ⁊
rectam et pfectam volitionē circa agibilia ſine ali
quo ſpāli dei auxilio. igiť et ante peccatū et iſta=
tu nature integre. pña nota ē. añs pbatur quo ad
vtrāqʒ partē. et pmo ꝙ poſſit hr̄e rectam ⁊ perfe
ctam cognitionem de agēdis. Primo ſic. aut hō
ex ſuis naturalib⁹ ſola dei influētia concurrente
pōt cognoſcere deum eē ſumme honorandū aut
nō ſed vltra hoc requiriť aliď auxilium dei ſpāle.
ſi detur pmum: habeť ppoſitum qꝛ illud ē qďdaʒ
morale bonū. ſi ſecundū: ſequitur ꝙ hō in ſuis ſo
lis nālibus conſtitutus ⁊ concurrēte dei influen=
tia generali de hoc bono morali qď eſt deum eē
ſumme honorandū: habebit ignorantiā inuinci=
bilem. Et vltra ſequiť ꝙ omiſſio hui⁹ actus. ſ. nō
honorare deum ſumme: non imputabiť ſibi quo
ad penā vel culpā cum ſʒ oēs doctores nō impu
tētur quecūqʒ ex ignorātia inuincibili ſimpliciter
cōmittuntur. ſed vtrūqʒ iſtoꝝ videtur eſſe falſuʒ
et cōtra Apl'm Ro. p° vbi dr̄ ꝙ gētiles habuerūt
noticiā huius ꝙ deus eſt ſumme honorandus. qꝛ
qď notum eſt dei manifeſtū eſt in illis. et ꝙ hmōi
actus imputenť ad penā: patet pillud quod ha=
betur ibidē. reuelať eni ira dei de celo ſup omneʒ
impietatē ⁊ iniuſticiam hominum eoꝝ qui verita
tem dei in iniuſticia detinent et quo ad culpā ita
vt ſint inexcuſabiles. et ſtatim cauſam ſubdit. qꝛ
cum cognouiſſent deū: non ſicut deū glorificaue
runt ⁊c. ¶ 2°. pbatur illa eadem pars antecedē
tis. ſi hō ex ſuis naturalibus ſola dei gn̄ali influen
tia cōcurrente non pōt cognoſcere quid ſit agen
dum ⁊c. ex ſe nō habebit vn̄ ſit conſiliatiu⁹ vel eē
poſſit. pʒ conſequētia cum conſilium nō ſit de his
que nō pn̄t cognoſci. ſed cōſequēs eſt cōtra ſacrā
ſcripturā eccl'iaſtici. 15°. reliquit eū in manu con=
ſilij ſui. ¶ 3° ad idem. aut ſamaritan⁹ videns illū
hominem ſemiuiuū relictū: potuit cognoſcere ex
ſolis naturalibus cum ſola dei influētia generali
quid circa illū erat agēdum moraliter ⁊ habetur
propoſitum. aut non potuit: et tunc ſequiť ꝙ nā
huius hoīs eſt peior in ordine ad ſue nature con
ſortē ꝙ̄ natura porci. qꝛ audiens aliū porcū tor=
queri ſtatim inſilit in tortorē. et hoc videtur mul
tum fauere errori manicheorum dicentiū natu=
ram ſimpliciter malā. et ſic patet prima pars an=
tecedētis. ¶ 2ª vero pars antecedentis pncipa=
lis pbatur pmo ſic. habita in preſenti ſtatu noti=
cia ꝙ de⁹ eſt ſup omnia diligēdus: aut hō ex ſuis
naturalibus cū ſola dei influētia generali poteſt
elicere circa deū actuʒ dilectiōis bonū moraliter
aut non. ſi ſic: habetur ppoſitum. ſi nō: ſequitur ꝙ
actus dilectionis bone moraliť elicitus circa deū
eſt ſupra facultatē humane nature qď eſt contra
auctoritatē ſacre ſcripture deutero. 30. dicētem.
mādatuʒ qď precepi tibi hodie nō ſupra te ē nec
procul poſitū. ſed iuxta te eſt ſermo in ore tuo et
in corde tuo vt facias. ex qua auctoritate videtur
ꝙ diligere deū non eſt ſupra facultatē noſtrā im=
mo eſt cōnaturale. qꝛ non minus eſt connatura=
le homini deū diligere: ꝙ̄ deum amandū cognoſ
cere vel de deo amando verbum cordis vel oris
formare. ſed cōnaturale eſt homini deū amāduʒ
ſuper oīa cognoſcere: et de deo ſic cognito v̄bum
cordis ⁊ oris formare. igitur. ¶ 2° ſic. aut habita
ſufficienti noticia ꝙ deus ē ſumme amādus volū
tas ex ſuis nālibus eliciet actū amādi bonū mo=
raliter: ⁊ habetur ppoſitum. aut malum et tunc
contra. qꝛ pro omni tp̄e quo exercitium alicuius
actus eſt malū moraliter ⁊ culpabiliter: omiſſio
illius act⁹ eſt bona moraliť atqʒ laudabiliť. ſm
te p omni tp̄e quo hō ſtat ſub ſola generali iflue
tia dei exercitium diuine dilectiōis eſt malū mo=
raliter ⁊ culpabiliter. ergo p illo tp̄e omiſſio illi⁹
actus eſt bona moraliter. hoc aūt pʒ eſſe falſum.
quia ſm Apl'm culpabile fuit phis ꝙ omiſerunt
glorificare et per pn̄s amare deū. ¶ 3° ſic. aut ha
bita ſufficiēti noticia de bono ⁊ malo moraliť eli
gendo vel reſpuēdo volūtas pro pn̄ti ſtatu cum
ſola gn̄ali influentia dei eſt indifferens ad vtrūqʒ
et habetur ppoſitum. aut nō: et hoc eſt cōtra ſa=
cram ſcripturā dicentem ante hominem vita et
mors bonum ⁊ malū ad quodcūqʒ voluerit con
uertet manum ſuam. eccleſia. 15°. Item ſi non ſit
indifferens ad vtrūqʒ ſed determinata ad alteꝝ
aut eſt deteriata ad malū actū: et hoc eſt propin
quū errori manichei. aut eſt deteriata ad bonuʒ
actū: et tūc eſt propinquum errori Iouiniani. ex
quo videť ꝙ cum circa naturam hoīs pro preſen
ti ſtatu ſint pdicti duo errores oppoſiti. nā Ma=
nicheus poſuit ꝙ natura humana nō poterat fa=
cere bonuʒ. Iouinian⁹ vero ꝙ nō poterat facere
malum. iſti ambo errores vitari nō pn̄t niſi ponē
do mediū. ſ. ꝙ natura humana ex ſuis naturalib⁹
pōt facere bonum ⁊ malū. et iſtū modū tenet ec=
cleſia et. S. Tho. in. 2°. et in. q. diſputatis. ¶ 5°.
principaliter pōt ſic argui. aut ad faciendū actuʒ
moraliter bonū neceſſario requiriť infinita potē
tia aut ſolum finita. nō eſt dicendum ꝙ ifinita cū
talis actus non ſit infinitus nec infinite pfectiōis
nec vllam infinitatem habeat. ſi requiritur ſoluʒ
finita: igitur tātū poterit vigorari liberū arbitriū
hoīs per aliqua dona ſuperaddita vł p inteſionē

naturalium potētiarum anime vel angeli: ꝙ po=
terit i talem actum ſine ſpeciali dei adiutorio cū
ſola dei influētia generali. et talis vigoris videt̄
fuiſſe liberum arbitrium hominis in ſtatu inno=
centie.

Quantū ad ar=
ticulū tertium primo notādum
eſt prout. S. Tho. dicit. p$^{a}$ 2$^{e}$. q.
109. arti. 2$^{o}$ ad. 3$^{m}$. ꝙ nā hūana
per primum peccatum magis ē
corrupta quātum ad appetitum boni ꝙ̄ quātum
ad cognitionem veri. cuiꝰ ratio poteſt ſumi ex ip
ſa ratiōe infectionis que ſecuta eſt in natura hu=
mana ex primo peccato. q̄ per prius et magis fa=
cta eſt in volūtate ꝙ̄ in intellectu. Tum qꝛ pec=
catū originale fuit priuatio originalis iuſticie q̄
per priꝰ ꝛ magis pertinebat ad volūtatem. erat
enim iuſticia originalis vt anſelmus dicit in libro
de cōceptu virginali rectitudo volūtatis. Tum
etiam quia inclinatio ad peccandum que ex infe
ctione cauſata ex primo peccato bonum nature
humane corrupit: magis ꝛ per prius reſpicit vo=
lūtatem ꝙ̄ intellectum. habet enim volūtas pri
mam ad peccādum inclinationem ita vt Augu.
dicat in. li. de libero arbitrio ꝙ peccatum adeo ē
volūtarium: ꝙ ſi non ſit volūtarium non eſt pec=
catum. et in libro retractationū volūtas inquit ē
qua peccatur ꝛ recte viuitur. Tū preterea quia
fomes peccati per quem in nā corrupta eſt incli=
natio et ꝓnitas ad malum et difficultas ad bo=
num eſt ſubiectiue in appetitu ſenſitiuo cuiꝰ paſ=
ſio per prius ꝛ magis impedit rectitudinem vo=
lūtatis ꝙ̄ rationis propter maiorem propinqui
tatem ꝛ cōformitatem ad potentiam volūtatis
cum ſit appetitiua. vnde et fomes peccati rectitu
dinem rationis non impedit niſi ex ea parte qua
ratio directiua eſt appetitus et eius cognitio ordi
natur ad opus. et inde eſt ꝙ intellectus ſpecula=
tiuus qui apprehendit verum ſine ratione boni ꝛ
appetibilis: appetitum non mouet prout etiā phi
loſophus dicit in. 3$^{o}$. de anima. quia igitur in ſta=
tu peccati nā humana magis infecta ꝛ corrupta
eſt ꝙ̄tū ad appetitū boni ꝙ̄ ꝙ̄tum ad cognitio
nem veri: ideo. S. Tho. tenens ꝙ intellectꝰ hu=
manus etiam in ſtatu peccati non indiget ſpecia
li auxilio dei. i. noua et gratuita illuſtratione ſu=
peraddita naturali ad cognitionem ſpeculatiuā
cuiuſcunqꝫ veri quod naturaliter ab homine co=
gnoſci poteſt in cuius ſcꝫ noticiam per ſenſibilia
poſſumus deuenire: tenet ꝙ in ſtatu peccati ho=
mo non poſſit velle aut facere actum morali=
ter bonum ſine ſpeciali et gratuito dei auxilio. et
quia ſicut dictum eſt: itellectus noſter ex ea par=
te qua directiuus et motiuus eſt appetitus defe=
ctum et vulnus ignorantie habet ex primo pctō
conſecutū: ideo ſm doctrinam Sancti Doctoris
homo in ſtatu peccati idiget auxilio gratuito dei
ad cognoſcendum ſaltem in particulari et ſentē=
tialiter quid volendum ſit et quid fiendum non
ſolum ad merēdum vitam eternam ſed ad actꝰ
moraliter bonos perficiēdos ſicut apparet. p$^{a}$ 2$^{e}$.
queſtiōe. 109. articulo. 9$^{o}$. Tum demum quia li
cet intellectus precedat et moueat voluntatem
inquantum proponit ei ſuum obiectum: volun=
tas tamen precedit ꝛ mouet intellectum ꝛ alias
vires anime quantum ad exercitium et executio
nem actus in quo peccatum actuale conſiſtit.
¶ Aduertendum tamen ꝙ de hac concluſione ꝛ
de ſequentibus ſupra poſitis. S. Tho. aliter vi=
det̄ ſentire in primo opere. i. in ſcriptis ſuis ſuper
magiſtrum ſententiarum: et aliter in ſecūdo ope
re vꝫ in ſummis ꝛ in queſtionibus de veritate ac
in quodlibet ꝛ in alijs que poſt ſcripta ſuper ſen=
tentias edidit. verum eſt tamē ꝙ quibuſdam di=
ſtinctionibus et ſuppletionibus aut determina=
tionibus poſſent vtraqꝫ dicta ad concordem ſen
ſum trahi. ſed quia id non videtur eſſe de mente
ipſius: pretermitimus tenentes illa que poſt ſcri
pta ſuper ſententias in pluribus locis ſcripture
ſue docuit. vbi ſic nobis apparet: corrigere voluit
que prius dixerat.

¶ Secundo Notandū eſt ꝙ deꝰ
dupliciter mouet res
creatas. Uno mō īfluētia gñali qua. ſ. deꝰ mouet
gñaliter oēs res ꝑ hoc ꝙ dat eis formas ꝛ virtu=
tes agēdi et eas cōſeruat in eē et illas applicat ad
agēdū et ē omniū actionum finis. per quem mo
dū non ſolū deus dicit̄ res creatas mouere ſed ꝛ
operari in omni operante ſm illō yſaie. 26. om
nia opera noſtra operatus es in nobis domine.
et Jo. 15. ſine me nichil poteſtis facere. vbi inter=
linearis dicit. nec parū. Alio mō dicit̄ deus ope=
rari in rebus creatis et eas mouere per influen=
tiam ſpecialem qua. ſ. neqꝫ ſemper neqꝫ generali
ter omnes res mouet aut in eis operatur. primo
mō dicūtur res moueri ꝛ agere vel operari gene
rali dei auxilio quo nulla creatura deſeritur. ſecū
do mō dicuntur res moueri et agere vel operari
ſpeciali dei auxilio quo neqꝫ ſemper neqꝫ omnis
res creata in ſuis motibꝰ et operationibus iuua=
tur. propter quod huiuſcemodi auxilium quibꝰ
impenditur: gratis datur. eo ꝙ neqꝫ naturis rez

neq3 ſm ordinem et curſum communem nature debitum ſit illis. cum ergo in cõcluſionibus dictũ eſt ꝙ ſine dei auxilio nõ poteſt homo in ſtatu peccati velle ⁊ operari bonum vel precepta dei implere aut preparare ſe ad gratiã vel ſingula peccata vitare et hmõi: debet intelligi de ſpeciali et gratuito dei auxilio. nam loquendo de generali dei auxilio: etiã mala opera fieri nõ poſſunt quãtũ ad ſubſtantiã actus ſine dei auxilio. vnde omnes auctoritates tam ſanctorum doctorum q̃3 et ſcripture ſacre quibus non deo ſed ſoli libero arbitrio tribuuntur noſtra mala opera ac peccata ad que liberum arbitrium per ſeipm ſufficere dicitur: intelligende ſunt vt excludant deum ſpecialiter ⁊ gratuito agentem non generali influentia mouentem ⁊ agentem. dicente ꝓpheta. omnia opera noſtra operatus es i nobis dñe. quod debet intelligi quo ad ſubſtantiam actus. nã peccatorum deformitates et defect⁹ culpabiles a ſolo libero arbitrio deordinato fiũt nulla dei actione aut motione ad id per ſe concurrente. in quo ſenſu loquit̃ Auguſtinus de verbis Apoſtoli ſermone. 13. dicens. cum dico tibi ſine adiutorio dei nichil agis: nichil boni dico. nam ad male agendum habes ſine adiutorio dei liberam voluntatem. et de correctione ⁊ gratia vbi dicit. liberum arbitrium ad malum ſufficit: ad bonum autẽ parum eſt niſi adiuuet̃ ab omnipotente deo. dicim⁹ ergo ꝙ ad actus prauos ⁊ ad perpetranda peccata ſufficit liberum arbitrium cum generali dei influentia ⁊ motione. ad actus vero bonos preſertim moraliter et ad opera virtutum peragenda: liberum arbitrium in ſtatu peccati etiam cum generali dei influentia ac motione nõ ſufficit ſed indiget ſpeciali et gratuito dei auxilio iuuari: et preparando ac mouendo voluntatem vt bonu3 velit: et perſeuerantiam bone voluntatis tribuẽdo: ⁊ ipedimenta auferendo vt bonam voluntatem bone operationis ſequatur adimpletio. iuxta quod propheta dicebat. a dño greſſus hominis dirigũtur ⁊ viam eius volet. et apoſtolus ad philipen. ſecũdo. deus inquit eſt qui operatur in vobis et velle ⁊ perficere pro bona volũtate. qd Auguſtin⁹ exponẽs in de bono perſeuerãtie ait. nos ergo volumus ſed deus in nobis operatur ⁊ velle. nos operamur ſed deus in nobis operatur et operari pro bona voluntate. hoc nobis expedit et credere et dicere.

¶ Tertio Notandum eſt prout Sãctus Thomas deducit i de veritate queſtiõe vigeſima quarta articulo. 12° in corpore: cum liberũ arbitrium ſit quedam potentia conſtituta infra rationem et ſupra potentiam motiuã exequentem: dupliciter aliquid extra poteſtatem liberi arbitrij inuenitur. vno modo ex hoc ꝙ excedit efficaciam potentie motiue exequentis que ad imperium liberi arbitrij operatur. ſicut volare non ſubeſt libero arbitrio hominis quia excedit vim potẽtie motiue in homine. alio modo eſt aliquid extra poteſtatem liberi arbitrij quia ad ipſum ratiõis actus non ſe extendit. cum enim actus liberi arbitrij ſit electio q̃ conſilium. i. deliberationem ratiõis ſequitur: ad illud ſe liberum arbitrium extendere non poteſt quod deliberationem rationis ſubterfugit: ſicut ſunt ea que ex improuiſo occurrũt. primo igitur modo peccatum vitare: poteſtate3 liberi arbitrij non excedit. quia q̃uis expletio peccati per actũ exteriorem executione virtutis motiue peragatur: tamen peccatum in ipa voluntate perficitur ante operis executionem per ſolum conſenſum. vnde propter defectum virtutis motiue nõ impeditur liberum arbitrium a peccato vel eius vitatione q̃uis interdum impediatur ab executione. ſicut cum quis vult occidere vel fornicari aut furari non tamen poteſt. ſed ſecundo modo peccatum vitare: liberi arbitrij poteſtatem excedere poteſt quando. ſ. peccatum quaſi repente occurrit ⁊ electionẽ liberi arbitrij ſubterfugit: q̃uis liberum arbitrium hoc poſſet vitare ſi ad hoc ſuã attentionem vel conatum dirigeret. Dupliciter aũt aliquid in nobis quaſi repente accidit. Uno modo ex impetu paſſionis rationem preuenientis. motus enim ire ⁊ concupiſcentie interdũ deliberationem rationis preuenit. qui quidem motus in illicitum tendens ex corruptione nature peccatum veniale eſt. et ita poſt ſtatum nature corrupte non eſt in poteſtate liberi arbitrij omnia peccata huiuſmodi vitare. qꝛ eius actus liberum arbitrium effugiũt q̃uis poſſit impedire aliquem iſtorum motuũ ſi contra conet̃. non eſt autem poſſibile vt hõ conetur cõtinue ad hmõi motus vitandos ꝓpter varias humane mentis occupatiões ⁊ quietem neceſſariam. quod quidem contingit ex hoc ꝙ inferiores vires non ſunt totaliter rõni ſubiecte ſicut erant in ſtatu innocentie quando homini hmõi peccata et omnia et ſingula per liberũ arbitrium vitare facilimũ erat. eo ꝙ nullus motus in inferiorib⁹ viribus inſurgere poterat niſi ſm ratiõis dictamen. ad hanc aute3 rectitudinem hõ in preſenti per gratiã nõ reducitur cõmuniter loquendo: ſed hanc rectitudinem expectam⁹ in ſtatu glorie. et ideo in hoc ſtatu mi

ſerie etiā poſt reparationem grē hō non pōt omnia peccata venialia vitare: cū tamē in hoc i nullo libertati arbitrij preiudicet. Alio mō aliq̄d cōtingit in nobis quaſi repente ex inclinatiōe habitus vt dicit phs. 3°. ethi. qd non eſt intelligendū quaſi operatio ſm habitū virtutis poſſit eē omnino abſqꝫ deliberatione cum virtus ſit habitus electiuꝰ: ſed qz habenti habitum: iam eſt in eius electiōe finis deteriatus. vn̄ qn̄cūqꝫ aliq̄d occurrit conueniens illi fini: ſtatim eligitur niſi ex aliqua attentiori vel maiori deliberatiōe impediatur. hō enim qui eſt in peccato mortali exiſtens habitualiter peccato inheret q̄uis nō ſemper habeat habitum vitij. qz ex vno actu luxurie habitꝰ luxurie nō generatur. volūtas tamē peccātis derelicto incōmutabili bono: cōmutabili bono q̄ſi fini adheſit. et huius inheſionis vis et inclinatio manet in ea quouſqꝫ iterato bono incōmutabili vt fini adhereat. et ideo quando homini ſic diſpoſito occurrit aliquid faciendum qd precedenti electioni conueniat: repente fertur in illud per electionem niſi multa deliberatiōe ſeipſum cohibeat. nō tamen per hoc ꝙ illud repente ſic eligit a peccato mortali excuſatur quia deliberatio illa ſufficit ad peccatuz mortale: qua perpenditur illud qd eligitur eſſe peccatum et cōtra deum. iſta autem deliberatio nō ſufficit ad retrahēdum eū qui eſt in peccato mortali. nō enim retrahitur aliquis ab aliquo agendo in qd inclinat᷑ niſi inquantum illud ꝓponitur ſibi vt malum. ille autem qui iam bonū incōmutabile repudiauit ꝓ cōmutabili bono: nō iam exiſtimat vt malum a bono incōmutabili auerti in quo rō peccati mortalis ꝑficitur. vnde nō retrahitur a peccando per hoc ipſū ꝙ aduertit id eſſe peccatum mortale: ſed oportet vlterius in conſiderando procedere quouſqꝫ perueniat᷑ ad aliquid quod non poſſit exiſtimari non eſſe malum ſicut eſt miſeria vel aliq̄d hmōi. vnde anteqꝫ tanta deliberatio fiat quanta requiritur in homine ſic diſpoſito ad vitandum peccatum mortale: precedit cōſenſus in peccatū mortale. et ideo ſuppoſita adheſione liberi arbitrij ad peccatum mortale ſiue ad finem indebitū: non ē in poteſtate eius ꝙ vitet omnia peccata mortalia q̄uis vnūquodqꝫ poſſit vitare ſi contra nitatur. qz et ſi hoc vel illud vitauerit adhibendo tātam deliberationem quanta requirit᷑: nō tamen poteſt facere quin aliqn̄ ante tātam deliberationem preueniat conſenſus in peccatū mortale cū impoſſibile ſit homini ſemper aut diu in tāta vigilantia eſſe quāta ad hoc requirit᷑ propter multa in q̄bus mens hoīs occupat᷑ ⁊ propter fomitis corruptionē que a bono retrahit. ab hac aūt diſpoſitiōe nō remouet᷑ niſi ꝑ grām per quā ſolā efficit᷑ vt mens humana bono incōmutabili ꝑ charitatem tanqꝫ fini adhereat. Pz igitur ex dictis ꝙ neqꝫ liberꝝ arbitriū tollimꝰ: cū dicamus ꝙ liberū arbitriū poterit qdlꝫ peccatum vitare vel facere. nec iterū tollimꝰ gratie neceſſitatē: cū dicamꝰ hominē in pctō mortali exiſtentē grā deſtitutū: oīa pctā mortalia nō poſſe vitare niſi grā ſuꝑueniat q̄uis poſſit vitare ſingula ⁊ hoc ꝓpter adheſionē habitualē volūtatis ad finem inordinatum. q̄ duo cōparat Aug. curuitati tibie ex qua ſequitur neceſſitas claudicādi. Sic etiā verificant᷑ doctorū ſentētie q̄ circa hoc varie vident᷑. quorꝝ q̄dam dicūt hominē abſqꝫ habituali grā gratum faciente poſſe pctm̄ mortale vitare q̄uis non ſine diuino auxilio quo hoīem ſua ꝓuidētia ad bona agēda et mala vitāda gubernat. hoc eni verū eſt cū cōtra pctm̄ conari voluerit. et ex hoc cōtingit vt poſſit ſingula vitare. Alij ꝟo dicūt ꝙ nō pōt hō ſine grā diu ſtare q̄n peccet mortaliter. qd quidez verū eſt quantū ad hoc ꝙ nō diu cōtingit hominē eſſe habitualiter diſpoſitū ad peccandū quin occurrat ſibi repente aliqd operādum in quo ex inclinatiōe mali habitus labat᷑ in cōſenſum peccati mortalis: cum nō ſit poſſibile hoīem diu eſſe vigilem ad hoc ꝙ ſufficientem ſolicitudinē adhibeat ad vitandum peccatum mortale. hec ille.

¶ Quarto notandū eſt ꝙ hō per ſeipm. i. proprie volūtatis arbitrio pōt impedimentū preſtare ne grām dei recipiat. et hoc dupliciter. vno mō pctm̄ mortale ꝑpetrando. alio mō ad deū nō ſe cōuertendo. primo mō iterū duplr. ꝑmo qz pctm̄ cōmiſſum ⁊ grām abijcit: et mēti inherendo grē dei reſiſtit. ſecūdo qz poſt peccati cōmiſſionē nō eſt oīno i poteſtate hoīs nullū impedimentū grē dei p̄ſtare. qm̄ et ſi ad momentū vel ad modicū tempus hō poſſit ꝓpria poteſtate ab actu pcti abſtinere: diu tn̄ ſibi relictꝰ: ſtare nō pōt quin iterū in pctm̄ cadat per qd grē impedimentū preſtat᷑. vn̄ nō eſt i poteſtate hoīs in pctō exn̄tis ipedimētū grē dei nō p̄here. nihilominꝰ tn̄ ad culpā illi iputat᷑ ꝙ grē dei ipedimentū p̄ſtet et ꝙ in eiꝰ poteſtate non ſit huiuſcemodi ipedimentū non preſtare. tū qz hic defectꝰ ⁊ iſta eiꝰ impotētia: ex culpa p̄cedente in eo relinquit᷑ vel originalis pcti vel quam ipe poſtea adiecit. ſicut ebriꝰ ab homicidio qd ꝑpetrat non excuſat᷑ etiā ſi ob ebrietatē in eius poteſtate nō fuerit homicidium nō incurrere. qm̄ culpa ſua fuit ebriū ſe et mente alienū fieri. tū etiaz qz licet

ex̄ns i pctō nō habeat in ꝓpria poteſtate ꝙ pec=
catū omnino vitet: hꝫ tñ arbitrij poteſtatē nunc
vitare hoc vel illud pctm̄. vñ quodcūqꝫ cōmittit
volūtarie cōmittit ac per hoc merito imputat̄ ei
ad culpā. pōt ſecundo hō ꝑ liberū arbitriū ſeip̄m
impedire ne grām a deo recipiat ꝑ hoc ꝙ ad deū
nō ſe conuertit. quēadmodum impedimētū ſibi
preſtat ne ſolis lucē videat q̄ ad ſolis radios ocu
los nō conuertit. et q̄uis hō nequeat cōuerti ad
deū ſine auxilio dei ſpeciali hoīem cōuertēte ſm̄
illud. Jo. 6. nemo pōt venire ad me niſi pater q̄
miſit me traxerit eū: iuxta quod ꝓpheta orabat
threnorum vltimo. cōuerte nos dn̄e ad te ⁊ con=
uertemur: quia tñ dei auxiliū nulli deeſt ſꝫ eſt pre
ſto omibus indigentibus ſꝫ illud apoca. 3°. ecce
ſto ad oſtium ⁊ pulſo ſi quis audierit vocē meam
et aperuerit mihi ianuā: introibo ad illum ⁊ cena
bo cū illo ⁊ ip̄e mecum: ideo homini imputat̄ ad
culpam ꝙ impedimentū preſtet grē dei ad deuꝫ
nō ſe cōuertendo. ſicut eni ſole mundū illuminā
te ad culpam imputat̄ ei qui oculos claudit ſi ex
eo defectū aut nocumentū incurrat lꝫ videre nō
poſſit niſi lumine ſolis preueniat̄: ita et deo q̄tū
eſt ex ſe cōuertente ⁊ illuminante oēm hominem
venientē in hūc mundum: ad culpam imputatur
illi q̄ mētis oculos claudit et a deo auertit ꝙ deū
nō videat ⁊ impedimentū ei$^{9}$ illuminatiōi que ē
per gratiam prebeat. vult eni de$^{9}$ vt Apoſtolus
inquit. p$^{a}$ ad thimo. 2°. oēs homines ſaluos fieri
et ad agnitionem veritatis venire. vñ omnibus
ꝓpoſita ſunt precepta viuēdi et cōſilia ꝑficiendi.
omnibus cuſtodia iterior ⁊ exterior et plura alia
auxilia tradita ſunt ꝑ que occaſiōes peccādi diui
na ꝓuidentia tollūtur ⁊ prouocantia ad peccatū
cōprimunt̄. His cōſonat qđ Aug. reſpōdet homi
nib$^{9}$ q̄relam ꝓponentib$^{9}$ de ignorātia et difficul
tate ex p̄mi hoīs pctō traiectis libro de nā ⁊ grā
ca° 67. ait eni. quibus breuiter inquā respondet̄
vt quieſcāt ⁊ aduerſus deū murmurare deſiſtāt.
recte eni fortaſſe q̄rerentur ſi erroris ⁊ libidinis
nullus hominum victor exiſteret. cū vero vbiqꝫ
ſit p̄ſens q̄ multis modis ꝑ creaturā ſibi dn̄o ſer=
uientē auerſum vocē doceat credentē cōſoletur
ſperantē diligentem adhortet̄ conantē adiuuet
exaudiat deprecantem: nō tibi deputat̄ ad culpā
ꝙ inuitus ignoras ſꝫ ꝙ negligis querere qđ igno
ras. neqꝫ illud ꝙ vulnerata mēbra nō colligis: ſꝫ
ꝙ volentem ſanare contemnis. Et lꝫ his ⁊ pluri
bus alijs auxilijs liberū arbitrium noſtruꝫ a deo
cōuertatur in bonum: non ideo ſequitur ꝙ cōuer
ſio hominis ad deum vel in bonum non ſit opus
liberi arbitrij. eſt ſiquidem: nam et liberum arbi=
triū ſe ſua ſponte conuertit. vnde et homini pre
cipitur a domio per prophetam dicentem. con=
uertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio
et cetera. et iterum cōuertimini ad me et ego cō
uertar ad vos. ſed huiuſmodi liberi arbitrij con=
uerſio: non eſt niſi deo preueniente iuuante ⁊ cō
uertente ſm̄ illud. Jere. 31. conuerte me domine
et conuertar quia tu domine deus meus. et thre
norū vltimo. conuerte nos domine ad te ⁊ con=
uertemur. Accipiuntur predicta ex dictis Sācti
Thome contra gen. li. 3° ca°. 159. et. 160.

Quinto Notandum eſt ꝙ vbi Sā
ctus Thomas dicit ꝙ ho
mo in ſtatu poſt peccatum ſine gratia habituali
poteſt vitare ſingula peccata mortalia q̄uis nō
omnia: debet intelligi de ſingulis peccatis oppo
ſitis preceptis decalogi que ſunt precepta iuris
nature non de ſingulis peccatis oppoſitis prece=
ptis que dantur de actibus charitatis aut prece
ptis que ſunt iuris diuini ſicut ſunt p̄cepta de ſa=
cramento euchariſtie ſuſcipiendo vel celebran=
do. nam iſtorum ſingula homo vitare nō poteſt
ſine gratia habituali ſicut de peccatis oppoſitis
p̄ceptis charitatis. S. Tho. ſcribit. p$^{a}$ 2$^{e}$. q. 100.
arti. 10. in cor. et ad vltimū. vbi tenet ꝙ iſti act$^{9}$
charitatis diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo et cetera. et diliges ꝓximum tuum ſi=
cut teip̄m de quibus precepta dātur. deutero. 6.
et mathei. 22°. impleri non poſſunt ſine chari=
tate. ex quo ſequitur ꝙ neqꝫ peccata illis oppoſi=
ta vitari poſſunt abſqꝫ gratia ⁊ charitate. Et hoc
tenet. S. Tho. p$^{a}$ 2$^{e}$. q. 63. arti. 2°. ad. 2$^{m}$. Idē
tenet. 2$^{a}$ 2$^{e}$ q. 44. arti. p°. ad. p$^{m}$. et. arti. 4° ad
p$^{m}$. Rurſus vbi. S. Tho. tenet in hac diſtinctiōe
arti. 3°. Et. p$^{a}$ 2$^{e}$. q. 109. arti. 4°. ꝙ hō poteſt im
plere precepta legis quantum ad ſubſtantiā ope
ris ſeu quantū ad id quod directe cadit ſub pre=
cepto: debet intelligi de preceptis decalogi non
de preceptis charitatis que inter precepta deca
logi non computantur ꝓut ipſe notat. 2$^{a}$ 2$^{e}$. vbi
ſupra ad. 3$^{m}$. nam duo precepta charitatis iple=
ri non poſſunt ſine gratia et charitate etiam quā
tum ad id quod cadit ſub precepto. eo ꝙ in ipſis
duobus preceptis non ſolum ſubſtantia actus. i.
ip̄e act$^{9}$ dilectiōis cadit ſub p̄cepto: ſed et mod$^{9}$
charitatis q̄ implicatur cum dicitur in p̄mo pre=
cepto ex toto corde ⁊c. et in ſecūdo precepto cū
dicitur ſicut teipſum prout accipitur ex dictis. S.
Tho. 2$^{a}$ 2$^{e}$. q. 44. arti. 4°. et. 5°. et. 7°.

Sexto Notandum eſt pro declara
tione quinte concluſionis ꝙ

vt accipi poteſt ex dictis. S. Tho. et ꝑſertim de veritate queſtione. 24. ar. 14° et. 15° in cor. Et $p^{a}2^{e}$ q. 109. ar. 2°. ad. $p^{m}$. volūtas hominis que eſt illi principium operandi: nō eſt determinata per naturam ſuam ad aliquam vnā operationez queēadmodum alie res naturales: ſed ſe hꝫ indifferenter ad operatiōes multas eo ꝙ ſit liberi arbitrij. ꝓpter quam indifferentiam volūtas quātum eſt ex ſe: eſt in potētia ad agendum. id autē quod eſt in potētia ſm ſe: neceſſario indiget aliquo mouente ⁊ reducente ip̄m ad actum. mouetur aūt voluntas hominis quantum ad ſpecificationem actus ⁊ ab obiecto ⁊ ab itellectu illud ꝓponente. quantum vero ad exercitiū actꝰ mouetur voluntas et a deo ⁊ a ſe ſicut dictū fuit ſupra diſ. 25. verūtamen quia eſt de ſe indifferens ad vtrūqꝫ: non poteſt primo et de nouo a ſe moueri preſertim ad actus liberi arbitrij ad quorum nullum naturaliter ⁊ de ſe eſt determinata. oportet igitur ꝙ moueatur a deo qui eſt eius ꝑncipium ⁊ primum motiuū potens voluntatem directe ad aliquid inclinare qđ non poteſt aliqua creatura alia a ſe. mouet̃ autem volūtas a deo et interius operando multipliciter vt Augu. deducit i libro de gratia ⁊ libero arbitrio: et exterius voluntatē ad bonum excitando multis modis ⁊ occaſionibus ſm ꝙ iudicat hominū ſaluti cōuenire. huiuſcemodi autem motus ⁊ interiores et exteriores per diuinam miſericordiam ac per hoc gratuito hominibus moderant̃ alijs ſic alijs quidem alit̃. et licet homo ſit dn̄s ſuorum actuum ⁊ volendi ⁊ et non volendi ꝓpter deliberationem rationis q̄ poteſt flecti ad vnam partem vel ad aliam: quia tamen ꝙ deliberet vel nō deliberet: reducitur finaliter in principium motiuum liberi arbitrij qđ eſt deus. et hoc philoſophus cognouit ſicut apparet ex eius libello de bona fortuna. ¶ Ex quibus inferimus ꝙ ſenſus quinte concluſionis ſm mentem. S. Tho. nō eſt ꝙ homo in ſtatu nature integre. i. in puris naturalibus idigeat neceſſario ſpeciali et gratuito dei auxilio de propinquo mouēte ad oēs et ſingulos actus moraliter bonos explendos. ſed eſt ſenſus ꝙ vita hominis duci non poteſt recte moraliter etiam in ſtatu nature itegre ſine auxilio dei ſpeciali et gratuito mouēte. ſ. et iuuante vel mediate vel imediate aut de propinquo vel remote. et ideo notanter dictum eſt in cōcluſione. ad recte viuendum moraliter. i. ad vitam moraliter bonam ducendam: quod multis ⁊ varijs actibus fit. nam ad aliquos actus moraliter bonos per agendos: voluntas ſufficit in ſtatu nature integre abſqꝫ auxilio dei ſpeciali mouente et iuuante de propinquo: cum eius tamen auxilio ⁊ motione generali ad illos. ſ. qui dependent et deduci poſſunt ex prioribus actibus vel motibus ad quos ſpeciali et gratuito dei auxilio hominis voluntas mouetur. qm̄ voluntas ſic ſpecialiter a deo mota poteſt ſeip̄am mouere cū ſolo auxilio dei generali ad alios actus vel conſimiles vel ex eis deductos. vt enim. S. Tho. inquit $p^{a}2^{e}$ q. 9. ar. 3°. ad. $p^{m}$. voluntas in quantū actu vult finem: reducit ſe de potentia in actum reſpectu eorum q̄ ſunt ad finem vt. ſ. actu ea velit. Et ſimili mō dicendum eſt ꝙ per hoc ꝙ aliquid vult vel ad aliquid mouet̃ ex ſpeciali et gratuita dei motione: reducit ſe de potētia ad actum ad hoc ꝙ alia velit ⁊ ad alia moueatur q̄ ex illo ꝑmo dependēt vel deduci poſſunt ſine nouo ſpeciali auxilio de ꝓximo mouente. Et ꝙ iſte ſenſus cōcluſionis fuerit de mēte. S. Tho. ex eo apparet qꝛ $p^{a}2^{e}$ loco ꝓ cōcluſione allegato ad. $p^{m}$ ꝓbat ꝙ hō eſt dn̄s ſuorum actuū per liberum arbitrium ꝓpter deliberationem rōnis que poteſt flecti ad vnam partē ⁊ ad aliā qꝛ. ſ. in eius poteſtate eſt ꝙ deliberet vel nō deliberet. que determinatio eſt ꝑ deliberationem precedentem ad quā ſe determinat per aliā priorem deliberationē. ſed qꝛ non ē procedendū in infinitum: oportet inquit ꝙ finaliter deueniatur ad hoc ꝙ liberum arbitriuꝫ hominis moueat̃ ad deliberandū ab aliquo exteriori ꝑncipio qđ eſt ſupra mētem humanam. ſ. a deo. vbi apparet de mente. S. Doctoris. ꝙ volūtas hominis aliquos actꝰ deliberatiuos hr̄e p̄t ex ſe ꝯuis a deo ſpāli motiōe ꝑmordialiter moueat̃. Idē in ſentētia dicit ſupra. q. 9. ar. 4°. vbi docet voluntatē hominis moueri ſpeciali motione a deo non ſemꝑ ad eius actꝰ bonos ſed qn̄ volūtas incipit aliquid velle cū priꝰ non vellet. et ibidem ad. $3^{m}$ dicit. volūtas quantum ad aliquid ſufficienter ſe mouet ⁊ in ſuo ordine. ſ. ſicut agēs ꝓximum: ſed non pōt ſeip̄am mouere quantū ad oīa. vn̄ indiget moueri ab alio ſicut a ꝑmo mouente. hec ille. Nec valet dicere ꝙ loquit̃ de motiōe primi mouentis generali. qm̄ ſine hac ad nichil voluntas mouere ſe pōt. cū ergo dicat. S. Doc. ꝙ ad aliqđ ſufficiēter ſe mouet ſed quātū ad oīa indiget moueri a primo mouente: manifeſtū eſt ꝙ loquit̃ de motiōe eiꝰ ſpeciali. Itē prima ꝑte. q. 82. ar. 4°. ad. $3^{m}$. principiū inqͭ cōſiliandi eſt aliqđ intellectiuum principiū altius itellectu nr̄o qđ eſt deꝰ. vbi non dicit oē cōſilium ſed principium cōſiliandi: inuēs ꝙ aliq̄ cōſilia pōt hō ex ſe hr̄e abſqꝫ ſpeciali et gratuita dei motiōe poſtq̄ꝫ ꝑ talē dei motionē habuit ꝑncipiū conſiliandi. et videt̃. S. D.

in ſupradictis locis loqui de hoie ſm id qd ei cõ-
uenit ex nã ſua.i.cõſiderato in puris naturalib⁹.
vii.pᵃ 2ᵉ.q.109.ar.8° tenet q in ſtatu nature inte
gre poterat hõ ſine gratia habituali vitare pctm̃
mortale ꝛ veniale:non tñ id poterat ſine auxilio
dei in bono conſeruãtis quo ſubtracto ẽt ipſa na-
tura in nichilũ decideret. huiuſcemõi aũt auxiliũ
nõ videt̃ eſſe ſpeciale ſed gñalis influentie cũ nul
li creature deneget̃. Preterea de.ve.q.24.ar.
15° in cor. volens pbare q ſine ſpeciali ꝛ gratuito
dei auxilio hõ non põt ſe preparare ad habendã
grãm gratũ facientẽ: vtitur tali rõne. impoſſibile
eſt hominem incipere aliqd velle de nouo niſi ſit
aliqd qd ipſum moueat. et parũ infra concludẽs
ait. et ſic cum hõ ad grãm ſe incipit preparare de
nouo ſuam voluntatem conuertendo ad bonuꝫ
opꝫ q ad hoc inducat̃ aliquibus exteriorib⁹ occa
ſionibus vt pote exteriori admonitione aut cor
porali egritudie aut aliquo hmõi. vel aliquo in-
teriori inſtinctu ſm q deus in mentib⁹ hominuꝫ
operat̃. vel etiã vtroqꝫ mõ. hec aũt omnia ex di-
uina miſericordia homini puidentur. et ſic ex di-
uina miſericordia cõtingit q hõ ſe ad grãm pre-
paret. hec ille. vbi nõ dicit q impoſſibile ẽ homi
nem aliqd velle niſi aliquo ipm mouẽte: ſed dicit
q impoſſibile eſt hominẽ incipere aliqd velle de
nouo. et pari mõ dicit q opꝫ q hõ inducatur ali-
quib⁹ exteriorib⁹ occaſionibus a deo puiſis cum
ſe incipit ad grãm pparare de nouo. Itaqꝫ mẽs
S. Tho. eſt q hõ in ſtatu nature integre i puris
ſcꝫ naturalib⁹ non põt oẽs act⁹ moraliter bonos
abſqꝫ auxilio dei ſpãli et gratuito pficere quantũ
ad oẽs.ſ. circũſtantias ad bonitatẽ moralẽ reqſi
tas: q̃uis aliquos agere et explere poſſit illos.ſ.
qui p quãdam cõſeqũtiam vel dependentiã ex
priorib⁹ qb⁹ hõ icipit moueri: deduci pñt virtute
diuine motiõis antecedẽtis qd eſt ideꝫ dictu ac ſi
dicatur q ad oẽs actus moraliter bonos requiri
tur ſpeciale auxilium dei mouentis: ad quoſdaꝫ
immediate ꝛ de ppinquo ad quoſdã vero remo
te ꝛ mediate. et cũ hac limitatiõe diſiunctiua itel
ligi debet quod. S. Doc. dicit. de. ve. q. 24. ar.
14°. in cor. vbi cõcludens inquit. ſi grãm dei ve-
limus dicere nõ aliqd habituale donum ſed ipaꝫ
miam dei per quã interius motũ mentis operat̃
ꝛ exteriora ordinat ad hoim ſalutẽ: ſic neqꝫ vllũ
bonum hõ poteſt facere ſine grã dei. hec ille. ſine
grã.ſ. mouente vel imediate et de ppinquo vel
mediate ꝛ remote. Predict⁹ cõcluſionis ſenſus
cõſonat doctrine bti Augu. dicit eni in libro ypo
noſthicõ. ca. p°. in principio. neminem poſſe per
ſe ſibi.i. per liberum arbitriũ ſufficere implere qd
velit niſi prothoplaſtũ ſolum potuiſſe: cũ volun
tas liberi arbitrij fuiſſet ſana eidem ante culpaꝫ.
et parum infra. deus inquit ab initio fecit homi-
nem ꝛ reliquit illum in manu conſilij ſui ꝛc. quid
eſt inquit Augu⁹. et reliquit illum in manu cõſilij
ſui: niſi dimiſit eum in poſſibilitate liberi arbitrij
ſui: in manu eni poſſibilitas intelligit̃ arbitrij. ip
ſa eſt prima gratia qua prim⁹ hõ ſtare potuiſſet
ſi ſeruare mandata dñi voluiſſet. Nec poteſt dici
q aug. loquitur de primo homine in ſtatu natu-
re integre ſuppoſito auxilio dei ſpeciali. nam cum
iſto dei auxilio non ſolum primus homo ſufficit
per liberum arbitrium implere quod velit ſed et
ceteri homines id poſſunt quod tñ negat Augu-
ſtinus. Item libro de correptiõe ꝛ gratia ca°.12.
vt ergo inquit non acciperet hoc donum dei.i. in
bono perſeuerantiam primus homo: ſed perſe-
uerare vl' non perſeuerare in eius relinqueretur
arbitrio: tales vires habebat eius volũtas q̃ ſine
vllo fuerat inſtituta peccato. et nichil illi ex ſeipa
cõcupiſcentialiter reſiſtebat vt digne tante boni
tati ꝛ bene viuendi facilitati perſeuerandi com-
mitteretur arbitrium. nunc vero poſteaqꝫ eſt illa
magna peccati merito amiſſa libertas: etiam ma
ioribus donis adiuuanda remanſit infirmitas. et
infra. fortiſſimo quippe.ſ. primo homini dimiſit
atqꝫ permiſit facere quod vellet. ifirmis.ſ. homi-
nibus poſt peccatum ſeruauit vt ipſo donãte iui
ctiſſime quod bonum ẽ vellent nec hoc deſerere
inuictiſſime nollent. hec ille.

QUãtum ad ar-
ticulum quartũ reſpondendum
eſt obiectionibus aduerſariorũ.
Et quidem ad argumenta Du-
randi cõtra primam cõcluſioneꝫ
reſpondemus q nõ militant cõtra cõcluſionem.
nã non aliud omnia concludunt q̃ q ſine habitu
infuſo ꝛ ſine gratuita ac ſupernaturali illuſtratio
ne aſſentire poſſumus qualicũqꝫ aſſenſu veritati
bus ſupernaturalibus: nõ tamen pbant q pfecte
poſſumus illis aſſentire ſicut tenet concluſio. pfe
cte aũt aſſentire eſt firmiter ꝛ faciliter ac delecta
biliter ꝛ diſcrete aſſentire. et iſto modo. S. Tho.
intellexit vbi allegatũ eſt pro cõcluſiõe ꝛ vbicũqꝫ
de ea re loquitur. Unde. 3° ſen. diſ. 23. q. 3. arti.
3°. ſub. ar. 2°. ſic ait. habitus fidei infuſus in duo-
bus nos adiuuat.ſ. vt credamus que credenda
ſunt: et vt eis que non ſunt credẽda nullo modo
aſſentiamus. primum autẽ homo poteſt ex ipſa
extimatione ſine habitu infuſo. ſed ſecundũ.ſ. vt

diſcrete in hec ⁊ non in illa inclinet: eſt ex habitu infuſo tm̄. que quidem diſcretio eſt ſm quam nō credimus omni ſpũi. que q2 in heretico nō eſt: cō ſtat ꝙ habit⁹ fidei in ipo nō manet. et ſi aliq̄ cre= denda credat: hoc eſt ex rōne humana. ſi eni ha= bitu fidei ad hec credēda inclinaret: cōtraria fi= dei refutaret ſicut oīs habit⁹ renitit illis que cō= tra illum ſunt. hec ille. et in reſpōſione ad pᵐ di= cit ꝙ q̄uis heretici credāt aliquid quod eſt ſupra naturā: non tn̄ credunt illud ꝑ habitū infuſū quo dirigātur ſed ꝑ extimationem humanā. Idem i ſententia dicit. 2ᵃ2ᵉ. q. 5. ar. 3º. Et de. ve. q. 14. arti. 10. ad. 10ᵐ. ¶ Ad argumenta gregorij ſecun do loco cōtra eādem cōcluſionem dicimus ꝙ re= cte cōcludunt ſed non contra doctrinā. S. Tho. qui idipſu3 tenet ſicut dictū fuit in pmo notabili. ¶ Ad argumenta contra ſecūdam cōcluſionem. Ad. pᵐ dr̄ ꝙ aſſumptum eſt falſum et cōtra mul= tas auctoritates ſanctorum. vnde Augu. de fide ad petrum. caº. 28. firmiſſime inquit tene ⁊ nul= laten⁹ dubites neminem hic poſſe hominum pe nitentiam agere niſi quem deus illuminauerit et gratuita ſua miſeratione cōuerterit. Apoſtolus enim dicit. ne forte det illis de⁹ penitentiā ad co= gnoſcendū veritatem et reſipiſcant a diaboli la= queis. Item de gr̄a ⁊ libero arbitrio. niſi donum dei ipa cōuerſio eſſet: nō ei diceret. deus virtutū cōuerte nos. et ad probationem aſſumpti nega= tur ꝯn̄a. nā l3 diſpoſitio ſufficiens de cōgruo req̄= rat ex pte iuſtificādi ad ei⁹ iuſtificationē: n̄ illā h3 ex puris nālibus ſed per auxiliū dei gratuitū mi= ſericorditer ipſum mouentis ⁊ motū liberi arbi= trij preuenientis. ſm illud. Jo. 6º. nemo pōt ve= nire ad me niſi pr̄ qui miſit me traxerit eum. iux= ta qđ apoſtolus dicebat. Ro. 3º. iuſtificati gratis per gratiā. et ita cū deus aliquem iuſtificat: non eſt acceptor perſonarum dū iuſtificat diſpoſitus et idoneus. ſed ⁊ ſi aliquem nō preuia diſpoſitio ne idoneū deus iuſtificaret: nō ideo acceptor eēt perſonarum. qm̄ vt. S. Tho. docet. 2ᵃ2ᵉ. q. 63. arti. pº. ad. 3ᵐ. perſonarum acceptio nō cadit in gratuita ⁊ liberali largitione qua. ſ. gratis datur alicui qđ ei non debetur. q2 quilibet abſq3 iniuſti cia pōt de ſuo dare quantum vult et cui vult. ſm illud mathei. 20. an nō licet michi quod volo fa cere. tolle qđ tuum eſt ⁊ vade. ſimilia dicit. pᵃ. p. q. 23. ar. 5º. iuſtificatio aūt hominis ⁊ eius ꝑpa= ratio ad gr̄am ſunt de illis que gratis ⁊ nō ex de= bito datur. iuxta verbum apoſtoli parū ſupra al= legatum iuſtificati gratis per gr̄am. ¶ Ad. 2ᵐ dr̄ ꝙ an̄s eſt falſum quantum ad vtrāq3 ſui partem capiendo rectu3 dictamē de aliquo dirigēdo ſm oēs circūſtātias ad actū moralit̄ bonū req̄ſitas. ¶ Ad. 3ᵐ dr̄ ꝙ loquendo de potētia libera vt de volūtate ſine ſpāli dei auxilio ⁊ gratuita motiōe vt arguēs pretendit: potentia libera non poteſt habere aliquem actum moraliter bonum ſ3 om nes circunſtantias abſq3 auxilio gratie: q̄uis ha bere poſſit aliquem aliu3 actū bonum vt domos edificare agros colere ⁊ ſimiles, ꝑut Augu. dicit. vn̄ omnia iſta argumēta aſſumunt falſum. ¶ Ad 4ᵐ negat aſſumptum ⁊ videtur ſapere errorem pelagij. nam ex eo ſequitur ꝙ homo poſſet ex ſe= ipſo abſq3 auxilio gratie mereri vitam eternam q2 ex ſeipſo poteſt illam demereri ⁊ mereri eter= num ſupplicū quod fuit hereſis pelagiana. vn̄ ad hoc argumentū reſpōdet. S. Tho. pᵃ2ᵉ. q. 109. ar. 2º. ad. 2ᵐ. ꝙ nō eſt ſimile de actu bono ⁊ me= ritorio et de actu malo ⁊ demeritorio. q2 oīs res creata ſicut eſſe nō habet niſi ab alio ⁊ in ſe conſi derata nichil eſt: ita indiget cōſeruari ab alio in bono ſue nature cōuenienti. pōt tn̄ per ſeipſa3 defi cere a bono ſicut et per ſeipam pōt deficere in nō eſſe niſi a deo cōſeruetur. hec ille. et cōſonat hec reſpōſio dicto dn̄i oſee 13º dicentis. perditio tua ex te yſrael: tm̄modo ex me auxilium tuū. ¶ Ad 5ᵐ dr̄ ꝙ licet idem actus quantū ad ſui ſubſtan= tiā poſſit elici a volūtate habituata ⁊ a volūtate nō habituata: nō tn̄ eque pfectus et per ꝯn̄s neq3 equalit meritori⁹. vn̄ in hoc argumēto ſic in ꝑce= dēte arguens videt ſapere errorē pelagij. ¶ Ad 6ᵐ dr̄ ꝙ aſſumptu3 eſt falſum. vt enim ꝓbat. S. Tho. pᵃ2ᵉ. q. 63. ar. 2º in cor. et ad. 3ᵐ. Et in. q. de virtutib⁹ in cōi. q. 10. ar. 10. ad vltimum. act⁹ virtutis infuſe nō cauſant aliquē habitū: ſed per eos habitus preexiſtens auget. vn̄ argumentum ꝑcedit ex falſo. ¶ Ad. 7ᵐ dr̄ ꝙ maior eſt falſa lo= quēdo de actib⁹ ab arguente enumeratis prout ſunt perfecte moraliter boni. ſ. ex genere et ex oī bus circūſtantijs ad moralem bonitatē req̄ſitis. ſm quē modum infideles vel tales act⁹ virtutū nō egerūt vel ex ſpeciali auxilio dei illos exercue rūt. nō enim infideles ab influentia ⁊ ſpeciali dei auxilio omnino ſubtrahimus. ſed de operib⁹ infi deliū latius dicendū erit infra. diſ. 41. ¶ Ad. 8ᵐ dr̄ ꝙ aſſumptū eſt falſum. et ad eius ꝓbationem reſpōdet. S. Tho. pᵃ2ᵉ. q. vltima. ar. vltimo. ad 2ᵐ. ꝙ ille retributiōes dicūtur eē diuinitus facte ſm cōparationem ad diuinam motionē qua ipſi tales actus agētes moti ſunt ad agēdum: nō ſm reſpectum ad ipſo꜡ voluntatē q̄ non fuit ſimpli citer bona. Ex qua reſpōſiōe duo accipiunt. vnū eſt ꝙ retributio vel remuneratio illis facta eſt nō ꝑpter operū bonitatē quā ex ſeipſis haberēt: ſed

ctionis ad quã eſt ſicut in exemplo dato de nebu
lis interpoſitis corpori diaphono cõtingit: ſed ſi=
mul cũ hoc facit ſubiectum minus aptum vel ha
bile ad ipſam ꝑfectionem. eo ꝙ ipſũ malũ vel eiꝰ
ſequela ſubiectum afficit ex oppoſito ſue naturali
inclinatiõi ⁊ habilitati ſicut in exẽplo de aiali ce=
co dato. nõ enim cecitas ſolũmõ impedit ne ocu
lus ceci videat colorem ſed ſimul cũ hoc facit or
ganum viſus minꝰ aptum ⁊ ipam viſus potentiã
minꝰ habilem ad videndũ: quẽadmodum corpꝰ
calefactũ minus aptũ eſt vt fiat frigidũ. difficiliꝰ
enim frigidi impreſſionem recipit q̃ꝫ ſi calidũ nõ
fuiſſet. et per hũc modũ peccatum diminuit apti
tudinem ⁊ inclinationẽ hominis ad gratiã et ad
actus virtutis ꝑagẽdos inquantuꝫ mentẽ afficit
et diſponit ad oppoſitũ ſue inclinatiõis. ac ꝑ hoc
ipam inclinationẽ minuit et remiſſiorem facit le=
ge oppoſitorum. et tãto minor fit ⁊ remiſſior: quã
to per peccatuꝫ magis elõgatur ab actu. ſ. gratia
et virtute. verũtamen inclinatio ipa et habilitas
nunq̃ꝫ omnino tollit̃. eo ꝙ ſicut dictũ eſt radicat̃
in pricipijs nature humane q̃ neqꝫ peccatum tol
lit neqꝫ diminuit. vñ ſublato peccati obſtaculo: li
bere tendit in finem ac perfectionem cõnatura=
lem. Et ſi obijciat̃ cõtra. quia peccatum qđ eſt
culpa eſt accidens ſubiectiue inherens nõ homi=
ni aut eiꝰ menti ſed ipius operationi cũ ſit defor=
mitas ⁊ deordinatio actus. i. actiõis. Reſponde
mus dupliciter. primo ꝙ peccatum ⁊ culpa prin
cipaliter cõſiſtit in actu interiori volũtatis cuius
eſt primo deformitas et deordinatio. vnde quia
huiuſcemodi actus interiores ſubiectiue ſunt in
agente quod eſt voluntas: ideo deformitas pec=
cati et culpe ſubiectiue inheret voluntati: ac per
hoc priuare poteſt ipſam naturali ſua diſpoſitio
ne et habilitate. Reſpondemus ſecundo ꝙ etiã
capiendo peccatum et culpam prout eſt deordi=
natio et deformitas actus exterioris: intelligi=
tur volũtati inherere: nõ ſm ſe ſꝫ per id quod ex
eo in voluntate conſequitur. ex quolibet enim
actu peccati mens hominis diſponitur vt conſi=
milem actum facilius comittat. ex actibus enim
vt docet philoſophus. 2°. ethi. cauſantur in mẽ
te diſpoſitiones ⁊ habitus ad ſimiles actus incli=
nantes. huiuſmodi autem inclinatio oppoſita eſt
nãli mentis ſeu volũtatis inclinatiõi ⁊ habilitati
et ꝑ cõſequẽs illã põt minuere ⁊ remiſſaꝫ facere.

Dicitur autem malum ſiue peccatum diminuere aliquod bonum non ꝓprie ⁊ effectiue ſed mõ loquendi abuſiuo quaſi formaliter. dicitur enim cecitas priuare viſum quia eſt ipſa viſus priuatio. et dicitur malum diminuere bonum quia eſt ipſa boni diminutio. ad ſimilitudinem qua albedo dicitur parietem colorare: quia eſt ipſe parietis color. Accipiũtur premiſſa in hoc notabili ex dictis S. Tho. in hac diſtinctione articulo. 5°. Et pª p. queſtione. 48. arti. 4°. Et. pª 2ᵉ. q. 85. arti. 2°. Et cõtra gen. libro tertio caº. 12°. Et in q̃ſtionibus de malo queſtione. 2ª. arti. 11°. et. 12°.

Quantũ ad articulum quartum reſpondendũ eſt obiectionibus aduerſariorũ. Et quidem ad primũ cõtra primam concluſionem patet reſpõſio ex primo notabili vbi expoſitum ẽ quomodo malum ⁊ priuatio dicuntur non ens ⁊ dicũtur eẽ in ſubiecto. ¶ Ad. 2m dicit ꝙ ſolutio ibi data bona eſt. ſ. ꝙ dolor ⁊ triſticia ſũt mala tm̃modo denominatiue ⁊ concretiue. et ad eius improbationem negatur aſſumptum. neq; valet eius probatio. qm̃ ideo dolet quis ⁊ triſtatur q; aliquo bono debito ſibi priuatur. Leticia ⁊ delectatione q̃ naturaliter ſunt bonum anime. et ad cõfirmationem dicitur ꝙ pena inquantum huiuſmodi ẽ malum nõ ſimpliciter ſed ſm quid. i. alicui qui pena punitur. ſimpliciter autem bonum quoddam eſt prout Sanctus Thomas notat in. q. de malo. q. prima articulo pº. ad. pm. vbi exponens dictum illud Eſaye. ego dñs faciens pacẽ ⁊ creans malũ dicit: malum dicit eſſe creatum non inquantum eſt malum ſed inquantum eſt ſimpliciter bonum et ſm quid malum. ¶ Ad. 3m. concedimus totũ proceſſum. nec concluſio eſt abſurda recte intelligentibus ſicut arguens falſo putat. non enim triſticia malum eſt niſi quia aliquo bono priuat triſtem. ſi enim ſm ſe malum eſſet non diceret apoſtolus ſecũda corin. 7°. que enim ſm deum triſticia eſt penitentiam in ſalutem ſtabilem operat. ſeculi autem triſticia mortem operat. vñ Augu. 14°. de ciuitate dei ipſa inquit triſticia reperitur in bono. nam laudat apoſtolus corinthios ꝙ cõtriſtati fuerunt ſm deum. ¶ Ad. 4m. dicitur ꝙ ſi pena dãni capiatur intranſitiue prout ex vſu doctorum theologorum ſignificat carentiam viſionis diuine vel magis generaliter carentiam boni ſpiritualis: vtraq; conſequentia eſt falſa neq; arguens illam probat. ſi autem cum dicitur pena dãni conſtructio ſit tranſitiua et dãnum accipiat cõmuniter pro quocũq; nociuo. prima cõſequentia eſt vera. ſic enim cum dicitur pena dãni idem eſt ac ſi dicatur pena inferens dãnum. eſt enĩ vl'r verum ꝙ omnis pena ſiue ſenſus ſiue dãni infert vel cauſat damnum. i. nocumentum vel incõmodum aliquod. et tũc ſecunda cõſequentia eſt falſa qua dicitur et nulla eſt pena ſenſus. nam ĩ predicto ſenſu: pena dãni et pena ſenſus non diſtinguuntur niſi ſicut ſuperius ⁊ inferius. ſed omnis pena ſenſus eſt pena dãni. i. dãnum vel nocumẽtum inferens. neq; in hac acceptione verificatur cõmunis doctorum diuiſio pene ĩ penam dãni et in penam ſenſus. ¶ Ad. 5m. dicitur ꝙ priuatiões ille quas arguens cõmemorat nõ priuabant aliquo bono ꝓ tunc debito et per cõſequens maluʒ pro tũc nõ fuerunt. nõ enim quecũq; priuatio boni debiti eſt malũ niſi ſit ꝓuatio boni debiti ineſſe qñ debet ⁊ ſicut dʒ. vñ conſequens ꝓme cõſequẽtie verũ eſt. ¶ Ad. 2am. ꝓbationeʒ falſitatis illi⁹ cõſequẽtis negat cõſequentia. et ad ei⁹ ꝓbationẽ ex auctoritate Aug. dr ꝙ Augu. loquit de malo nature rõnalis vel intellectualis in ſtatu poſt pctm̃. vt enĩ. S. Doc. dicit in. q. de malo. q. pª. ar. 4°. in. cor. de rõne pene eſt ꝙ hẽat reſpectuʒ ad culpam. dr enim ꝓprie aliquis puniri qñ patitur malum ꝓ aliquo qđ cõmiſit. hʒ aũt traditio fidei ꝙ nullũ nocumentum creatura rõnalis potuiſſet incurrere neq; quantũ ad aiam neq; quantũ ad corpus neq; q̃tũ ad aliq̃ exteriora: niſi pctõ precedẽte vel in ꝑſona vel in nã. et ſic ſequitur ꝙ oẽ maluʒ rõnalis nature vel ſub culpa vel ſub pena cõtinetur. ¶ Ad. 6m. dr ꝙ minor eſt falſa. imo in caſu illo tam hõ q̃ȝ angelus ꝓuaretur aliquo bono q; fieret min⁹ habilis ad grãm. in vtroq; enĩ aptitudo ⁊ habilitas ad grãʒ ⁊ ad opus virtutis diminueret per pctm̃. Vñ in. q. de malo. q. pª. ar. 4°. S. Doc. ſimile argumẽtũ inducit ſic. cõtingit aliquem gratiam nõ habentẽ peccare. culpa aũt ois cũ ſit malũ: aliqđ bonũ priuat. nõ aũt priuat bonũ grẽ cũ ſuppoſitũ ſit ꝙ grãm non hẽat. ergo ⁊c. ad quod reſpõdet. Ad. 7m dicendum ꝙ in eo qui nõ hʒ grãm: culpa aptitudinem ꝓuat ad gratiã nõ totalit tollendo ſed ipſam diminuẽdo. hec ille. et. q. 2ª. ar. 11°. in. c. pctm̃ inquit qđ eſt obſtaculũ gratie non ſolũ grãm excludit: ſed etiã facit animã minus aptã vel habilem ad grẽ ſuſceptionẽ et ſic diminuit aptitudinem vel habilitatẽ ad grãm. vnde cuʒ huiuſmodi habilitas ſit quoddã bonũ nature: pctm̃ diminuit bonũ nature. Item arti. 12°. 9°. loco ſic arguit. ꝓuatio nõ priuat niſi qđ eſt. ſʒ grã non fuit in angelis ante pctm̃. ergo

peccatū angeli nō ꝑuauit g̃re bonū. ergo et c̄. ad
quod reſpōdet ꝙ ꝑuatio nō ſolū priuat qđ eſt ſ;
etiā id qđ natū eſt eē. pōt eni aliqs ꝑuari aliq̊ qđ
nūq̄ȝ habuit dūmodo nat⁹ fuiſſ; hr̃e. Et per hec
pȝ rñſio ad ſecūdā inſtātiā. nā ſi peccator iteꝝ de
nouo peccet: ſicut fit peior q̄ȝ ꝑus: ita ⁊ plus ꝑuat̃
bono nature. ſ. aptitudine et habilitate ad gr̃am
et opa v̄tutis q̄ȝ ꝑus. fit eni remiſſior ⁊ magis elō
gat⁹ a gr̃a. vt. n. S. T. deducit. p$^{a}$. p. q. 48. arti.
4$^{o}$ in. c. in infinitū pōt fieri additio in peccatis p
q̄ ſp magis ac mag; minuit̃ habilitas aīe ad gr̃aȝ.
¶ Ad. 7$^{m}$ dr̃ ꝙ antecedēs ē falſū in eo ꝙ dicit ani
hilationē ſubſtātie angeli eē quoddā malū. nam
cū ꝑuatio mali ſupponat cōſtātiā ſubiecti ex ſui rō
ne: eē nō pōt ꝙ malū angeli ſit anichilata ei⁹ ſb̃a.
vñ ph̃s. 4$^{o}$. ethi. ꝓbat ꝙ ſi malū integrū ſit: ſeip̃ȝ
deſtruit. q2 deſtructo om̄i bono qđ requirit̃ ad in
tegritatē mali: ſubtrahit̃ etiā ip̃m malū. Et p hec
pȝ rñſio ad cōfirmationes. vt. n. S. T. dicit đ po$^{a}$
dei. q. 5$^{a}$. ar. 3$^{o}$. ad. 14$^{m}$ anichilatio reꝝ nullū ma
lū eſt. q2 om̄e malum fundat̃ in bono cuȝ ſit ꝑua-
tio. vñ ſicut ante reꝝ creationē malū nō erat: ita
neq̄ȝ malū eſſ; ſi om̄ia de⁹ anihilaret. ¶ Ad argu-
mēta Scoti cōtra ſecūdā ꝯcluſionē ad ꝑmū dicit̃
ꝙ defectibilitas in volūtate ad ſenſuȝ arguent;
q̄. ſ. ꝓuenit ex eo ꝙ voluntas eſt ex nichilo: ē cā p
accidēs pcti ſed valde remota ita ꝙ ip̃a p̄ciſe nō
eſt ſufficiēs cā peccati vt in q̄rto notabili ex dict;
. S. T. fuit deductū. et cū arguens infert ꝙ ſi ē cā
p accidēs ergo fruſtra ponit̃: negat̃ ꝯña. neq̄ȝ ar-
guēs illā ꝓbat. cauſe eni p accñs a ph̃o ponūt̃ pri
mo et. 2$^{o}$. phi. et in quāmultis alijs locis et non
fruſtra. rñſionē aūt quā arguēs ponit nō cogimur
ſuſtinere cū data a nobis ſufficiat et ſit magis ad
ꝓpoſitū. ex abūdāti tñ dicim⁹ ſuſtinēdo illā ꝙ cū
. S. Doc. dicit ꝙ volūtas inq̄ȝ$^{m}$ ē deficiēs eſt cauſa
peccati p accidēs: nō intelligit de defectibilitate
volūtatis inq̄ȝ$^{m}$ eſt ex nichilo. q2 vt allegatuȝ eſt
in quarto notabili ex dictis ei⁹: huiuſcemodi defe
ctibilitas nō eſt ſufficiēs cauſa peccati niſi ali⁹ in-
cidat defect⁹. vñ obiectio arguētis q̄ ꝓcedit đ di-
cta defectibilitate nō eſt ad ꝓpoſitū reſpōſionis
nec militat ꝯ̄ illā. ¶ Ad ꝑmā cōfirmationē dicim⁹
ꝙ ip̃a ſeip̃aȝ ſoluit cuȝ dicat ꝙ idē eſt cā ꝑuatiōis
et habit⁹ vni⁹ p ſe. ſ. hitus et alteri⁹ p accidēs. ſ. ꝑ
uationis. vñ cōcedim⁹ ꝙ volūtas vt volūtas eſt
ꝓpriū ſubm et cauſa ꝓp̃a bone volūtatis et ma-
le ſ; vni⁹ p ſe et alteri⁹ p accidēs modo expoſito
in tertio ⁊ q̄rto notabili. vbi ex dictis. S. T. dedu
ctū fuit ꝙ volūtas nō ſolū eſt cā mali p accidens
inq̄ȝ$^{m}$ eſt deficiēs ſed aliquādo etiaȝ ſi nō ſit defi-
ciēs. ¶ Ad. 2$^{am}$ cōfirmationē dr̃ ꝙ ꝑma pars an-
tecedētis ſupponit falſuȝ ꝙ. ſ. nos dicam⁹ ꝙ volū
tas inq̄ȝ$^{m}$ defectibilis peccat. hoc aūt falſuȝ ē. imo
dicim⁹ ꝙ defectibilitas nō eſt ſufficiēs ⁊ actualis
cauſa peccati. cōſequēs etiā q̄ȝ$^{m}$ ad ſecundā ptem
eſt falſum neq̄ȝ ſequit̃ ex ꝑmiſſis. q2 poſito ſed nō
cōceſſo ꝙ volūtas inq̄ȝ$^{m}$ defectibilis peccat et in-
q̄ȝ$^{m}$ defectibilis nō pōt bene velle: nō ideo ſequit̃
ꝙ ſi peccat nō peccat. qm̄ volūtas pōt bene velle
nō inq̄ȝ$^{m}$ defectibilis ſed inq̄ȝ$^{m}$ eſt q̇d bonū et eſt
apta nata bonū facere et velle. nec neceſſitat̃ ex
eo ꝙ eſt defectibilis ad male volēduȝ. q2 defecti-
bilitas nō tollit volūtati liberꝝ actū et liberā ele-
ctionē. vñ ſi peccat libero arbitrio peccat. ac per
hoc culpabiliter peccat. peccat eni in eo qđ vita-
re pōt. vñ in hoc argumēto cū ſuis cōfirmationi-
bus multiplex eſt defect⁹ ⁊ multa falſa aſſumunt̃
¶ Ad. 2$^{m}$ dicit̃ ꝑmo ꝙ aſſūptuȝ eſt falſum. et ad
ei⁹ ꝓbatiōes negat̃ ꝯña neq̄ȝ arguēs illā probat.
Dicit̃ ſecūdo ꝙ ex toto ꝓceſſu argumēti nō aliud
cōcludit̃ q̄ȝ ꝙ libertas volūtatis et ip̃a volūtas
libera ꝓp̃e eſt cā p accñs peccati qđ nos nō nega-
mus ſ3 dicim⁹ ꝙ aliqñ etiā ip̃e defect⁹ volūtatis ē
cōcauſa p accidēs peccati ſicut dictum ē in tertio
notabili. Vñ. S. T. i. q. đ malo. q. p$^{a}$. ar. 3$^{o}$ ad. 6$^{m}$
ſic ait. aliqđ bonū ē cauſa mali inq̄ȝ$^{m}$ ē deficiens.
non tñ hoc ſolū modo bonū eſt cauſa mali: ſ; etiā
quodā modo bonū nō inq̄ȝ$^{m}$ ē deficiēs eſt cā ma-
li p accidēs. Idē ꝑmiſerat in. cor. q. gratis g̊ ⁊ fal-
ſa ꝯña arguēs infert vltimo ꝙ nō pōt poni volū-
tas cā p accidēs peccati accidētalitate ſe tenente
ex pte cauſe. nō eni id ſequit̃ ex ꝑmiſſis. ¶ Illa āt
q̄ arguēs inducit ad ꝓbādū ꝙ volūtas non ſit cā
p accidēs accidētalitate ſe tenēte ex parte effect⁹
Ad ꝑmū negat̃ ꝯña. nō. n. om̄e p accidēs eſt caſua
le ſed illud p̄ciſe qđ cōiūgit̃ effectui vt in paucior i
bus et raro. nā in his tātūmodo repiunt̃ caſus et
fortuna ꝓut ph̃s docet. 2$^{o}$ phi. p accidēs aūt qđ
ſemp vel vt frequēter accidit nō eſt caſuale. vt. n.
S. T. dicit cōtra gē. li$^{o}$. 3$^{o}$ ca$^{o}$. 6$^{o}$. ſi bonū qđ agēs
intēdit habeat cōiunctā ꝑuationē boni ſ̄m rōneȝ
vel ſemp vel frequēter: ſequit̃ malū morale non
caſualit̃ ſed vel ſemp vel frequēter: ſicut pȝ in eo
qui vult femina vti ꝓpter delectationē cui adiū
cta eſt inordinatio adulterij. vñ maluȝ adulterij
nō ſequit̃ caſualit̃. eſſet aūt caſuale malū ſi ad id
quod intēdit ſequeret̃ peccatū vt in paucioribꝰ.
hec ille. Idē in ſententia dicit in. q. de malo loco
ꝓxime allegato ad. 15$^{m}$. ¶ Ad. 2$^{m}$ negatur ꝯña.
qm̄ volūtas creata vult poſitiuū peccati ꝑtermit
tēdo regulā diuine legis vel rōnis quā tenet̃ attē
dere et ſeq̄ et ideo peccat. volūtas aūt increata
vult poſitiuū peccati nullā regulā trāſgrediendo

E

imo ſm regulā ſue ſapiētie et ꝓuidentie et ideo nō eſt ſimile vtrobiqꝫ. Et hec rñſio accipit ex dictis. S. T. in hac diſ. ar. 3°. ad. 3m. et magis infra diſti. 37a. articulis. p°. et. 2°. Et pa. ꝑ. q. 49a. ar. 2°. Et. pa. 2e. q. 79. articulis. p°. et. 2°. Solutio aūt quā arguēs ponit licet non ſit directe ad formā argumēti: et tñ verū eſt qꝺ aſſumit: capiendo defectū nō ex parte cauſe ſed ex ꝑte effectꝰ ſꝫ ꝙ expoſitū fuit in tertio notabili. qꝛ. ſ. omne qꝺ cāt malū eſt deficiēs. i. defectū cauſans ꝓut exponit S. T. in. q. de malo. q. p°. ar. 3°. ad. 6m. et ad huius ꝓbationē negaꝫ ꝯña. neqꝫ valet eius ꝓbatio qm̄ falſum aſſumit. nō enī dꝫficere in ꝓpoſito nr̄o eſt idē qꝺ nō efficere ſꝫ ē efficere deficiēter vł deſectiue. dr̄ enī volūtas deficiens cauſa pc̄ti ꝑaccñs qꝛ efficit actū peccati defectiue qꝛ nō ſicut debet. i. nō ſeruās debitū ordinē et regulā quā ſeruare teneꝫ. deꝰ aūt eſt cauſa actꝰ vel actionis peccati ſicut debet. i. ſm ordinē ſue ſapiētie et ꝓuidentie debitū nihil agēdū vel obſeruādū ꝑtermittens. vñ argumentū ꝓcedit ex falſo. Solutio aūt data ex verbis Anſelmi nō eſt nobis neceſſaria: ſed qꝛ argumēta qbus improbaꝫ nō cōcludūt: ideo rñdetur ad ṗmū ṗmo ꝙ inſtātia nature ab arguēte introducta: quedā figmēta ſunt. nō. n. inſtātia locū habēt in gradibꝰ nature ꝑciſe ſed in ṗori ⁊ poſteriori ſm tēpus. ṗus enī ⁊ poſteriꝰ ſm naturaꝫ ꝑciſe: arguūt ꝙ vnū ſit vel depēdeat ab alio et ꝙ vnū intelligi poſſit alio nō itellecto: ſꝫ nō arguūt ꝙ vnū ſit in vno inſtanti et aliud in alio inſtanti. alias ṗus et poſteriꝰ nō ſolū eſſent ſꝫ naturā ſed etiā tp̄e. nā inter quelibet duo inſtantia eſt tēpus mediū vt ꝓbaꝫ. 4°. et. 6° phi. Reſpōdeꝫ ſcd̄o ꝙ cū in omni actione cauſe ſecūde ſimul tp̄e cā prima coagat ⁊ coopeꝫ cauſe ſecūde et ecōtra ⁊ ipſa actio cauſe ſecūde ſit etiā a cā ṗma: ficticie ne dicā falſe diuidiꝫ tēpus in quo fit actio peccati i duo inſtātia in quorū vno agat deꝰ et in alio coagat volūtas. nā ſimul in toto tp̄e ipſius actionis coagit deꝰ volūtati et volūtas deo: et ſimul eadem actio peccati rectitudinē habet cōparata ad deū et hēt obliquitatē ac deformitatē ſm ꝙ a voluntate ꝓcedit: cuiꝰ rō paruꝫ ſupra tacta fuit. cuꝫ ergo arguēs q̄rit an deꝰ cauſet rectitudinem illius actionis in. a. inſtāti: dicimꝰ ꝙ ſic et etiā in inſtāti. b. et cū ex hoc infert ꝙ volūtas in. b. inſtāti non cauſat peccatū: negaꝫ ꝯña. et ad eiꝰ ꝓbationē negaꝫ iterꝫ ꝯña qꝫm ad hoc ꝙ rectitudo et peccatuꝫ ſibi oꝑpoſitū ſimul ſint in volūtate. dicimꝰ eniꝫ ꝙ in vtroqꝫ inſtāti volūtas cauſat pc̄tm̄ et eſt priuata rectitudine actionis quā deberet hr̄e. et ꝑ ꝯñs ipſe actus volūtatis ꝓut a volūtate ꝓcedit ē ꝑ-

uatus rectitudine debita: cū hoc tamē ſtat ꝙ ipſe idē actꝰ rectus ſit et ordinatꝰ ſm ꝙ eſt a deo. vt eni. S. T. dicit. pa. 2e. q. 79. ar. 2°. in cor. deus ē cauſa omnis actionis inqꝫm eſt actio: ſed peccatū nominat ens et actionē cū quodam defectu. defectus aūt ille ē ex cā creata. ſ. libero arbitrio inqꝫm deficit ab ordine ṗmi agētis. ſ. dei. vñ defectꝰ iſte nō reduciꝫ in deū ſicut i cām ſed in liberꝫ arbitriū. ſicut defectꝰ claudicationis reduciꝫ in tibiā curuā ſicut in cām non aūt in ꝟtutē motiuā a qua tñ cauſatur quicquid eſt motionis in claudicatione. et ſm hoc deꝰ eſt cauſa actꝰ peccati nō tñ eſt cauſa peccati qꝛ nō eſt cauſa huiꝰ ꝙ. ſ. actꝰ ſit cū defectu. hec ille. Et in reſpōſione ad ſecūdū. dicendū inquit ꝙ in hominē ſicut in cām reduciꝫ nō ſolum actꝰ ſed etiā ip̄e defectꝰ. quia. ſ. nō ſubditur ei cui debet licet hoc ip̄e nō intendat ṗncipaliꝫ et ideo homo ē cauſa peccati. ſed deꝰ ſic ē cauſa actus ꝙ nullo modo eſt cauſa defectꝰ cōcomitātis actum et ideo nō ē cauſa pc̄ti. Idē in ſentētia dicit i hac diſti. ar. 3° ad. 3m. Et. pa. ꝑ. q. 49. ar. 2°. ad. 2m. Itē in. q. de malo. q. 3a. ar. 2°. i. cor. ꝑꝫ ergo ꝙ arguēs decipiꝫ putās ꝙ in actu peccati deus nichil agat neqꝫ aliquā rectitudinē cauſet. hoc aūt ē falſum vt ex dictis apparet. ¶ Ad. 3m dr̄ ꝙ minor ē falſa. qꝛ cū volūtas coagat deo in cauſando rectitudinē: falſum ē ꝙ deꝰ ſit eiꝰ cauſa ꝑciſe. ¶ Ad. 3m ṗncipale qꝺ eſt Aureoli dicimꝰ ꝙ ꝓcedit ex falſa imaginatione ꝙ. ſ. nos dicamꝰ defectibilitatē voluntatis ꝑciſe cauſam eſſe peccati. hoc aūt nō dicimꝰ ſed ꝙ volūtas deficiēs inqꝫm ē deficiēs ē cā peccati. ¶ Ad. 4m negaꝫ antecedēs. nō eniꝫ deꝰ pōt directe et ꝑ ſe odio haberi. vñ reſpōſio ibi data bona ē. ⁊ ad eiꝰ improbationē negaꝫ ꝯña. neqꝫ valet eiꝰ ꝓbatio qm̄ falſuꝫ aſſumit ſicut iacet niſi intelligaꝫ ꝙ quicq̄d intellectꝰ pōt itelligere: pōt volūtas velle. ſ. intelligere ſꝫ ſic ꝓpoſitio nichil ꝓbat. ſi enī intelligaꝫ ſicut iacet: ꝓpoſitio eſt abſurda et erronea. nā intellectꝰ diuinꝰ pōt intelligere peccata ſꝫ volūtas eiꝰ nō pōt velle peccata ¶ Ad. 5m negaꝫ aſſumptū. et ad eiꝰ cōfirmationē ex dictis. S. T. diciꝫ ꝙ ꝓcedit ex falſo illorum intellectu. nō enim. S. T. intelligit vbi allegatur ꝙ odiū reſpiciat malū odiētis ita ꝙ eius voluntas velit ſibi malū ſub rōne mali: ſed ſenſus verborū eſt ſicut ipſe ibidem exprimit ꝙ odiens appetit malū ei quē odit. ac ꝑ hoc habet ꝓ obiecto malum non ꝓpriū ſibi ſed malum alterius inqꝫm eſt bonū ſibi prout ipſe. S. Doctor declarat ſupra. q. 29a. vbi ſpecialem tractatum facit de odio. vbi articulo ṗmo docet ꝙ odiū habꝫ ꝓ obiecto malum alterius inqꝫm eſt bonum odientis. et

articulo.2° ꝺducit ꝙ odiū alteri⁹ ꝓcedit ex amo
re quē odiēs habet ad aliquod ſibi bonū.differē
tia aūt odij ab ira attendit in hoc ꝙ odiū reſpi=
cit malū alterius directe:ira vero reſpicit nō ſolū
malū alterius ſed etiā bonum iuſticie vindicati=
ue ꝑut.S. Doc.deducit vbi arguēs eum allegat
arti.2°.¶Ad argumēta Scoti cōtra tertiā con=
cluſionē dicit ꝙ omnia ꝓcedūt ex falſa imagina=
tione ꝙ.ſ.peccatū diminuat naturā rōnalem vel
intellectualē aut bonū illud in quo eſt tanq̄ i ſub
iecto:et ꝙ diminuat bonū ꝑ ablationem vel ſub=
tractionem.hoc autem eſt falſum prout Sāctus
Thomas docet in hac diſtinctione articulo .5°.
Et in gloſa.li.Et prima parte queſtione. 48a.ar
ticulo tertio ad. 3m. et articulo. 4°. per totum.
Item prima.2e. queſtione.85a. articulis primo
et 2°.Et in queſtionibus de malo.q.prima arti=
culo.2°. in corpore et ad. 7m. Et queſtione.2a.
articulis.11°.et.12°. Quod autē bonum et quali
ter peccatum diminuat Sanctus Doctor in eis
locis declarat et breuiter fuit deductum in quin=
to notabili. Illud autē quod in quarto argumē
to preſupponitur eſt falſū: ꝙ ſcilicet peccata que
ſunt ꝑuationes vnius boni non differunt ſpecie.
qm̄ peccata nō diſtinguūt ex parte auerſionis ſ3
ex parte cōuerſionis. et ideo magis diſtinguunt
ſpecie ſm obiecta actuum q̄ ſm bonum quod ꝑuāt.
Et de hoc.S.Tho.ꝑma.2e.q.72a.ꝑ totū.
neq̄ valet ꝓbatio arguētis.quia illud veritatem
habet ꝺ puris ꝑuationib⁹.ſ.abſtractiue ſūptis: nō
de priuationibus cōcretiue ſumptis vt accipitur
ex dictis.S.Tho.in queſtionibus de malo.q.2a
articulo.9°.¶Ad.5m. qꝺ eſt Durādi dicitur pri=
mo ꝙ non eſt ſimile de augmento habilitatis ꝑ
intenſionem et de eius remiſſione. quia intenſio
forme reſpicit eius radicationem in ſubiecto eo
ꝙ ex ſubiecti diſpoſitione ꝺpendeat. remiſſio aūt
non ſolum ꝓuenit ex ſubiecti diſpoſitione ſ3 etiā
ex quibuſdā alijs impedimentis circunſtātib⁹ vel
occurrentibus.lignum enim calidum fit calidius
ſm ꝙ caliditas magis radicatur et profundat in
ligno ſm eius maiorem diſpoſitionem. ſed pōt
fieri minus calidū a frigido vel humido vel alio
impedimento circunſtāte. Reſpondetur ſecun=
do.ꝙ argumentum procedit de intenſione ac re=
miſſione forme que.ſ.prouenit ex parte ſubiecti.
hec enim fit per aliquid ſubiecto inherens.dimi=
nutio autem habilitatis anime que fit per pecca
tum:nō prouenit ex parte radicis ideſt ſm ꝙ ha
bilitas radicatur in anima:ſed ex parte termini
ad quem eſt prout dictum fuit in quinto notabi=
li. Reſpondetur tertio ꝙ Sanctus Doctor nō ne=
gat ſimpliciter ꝙ remiſſio et diminutio habilita=
tis que fit per peccatum non ſit per aliquid inhe
rens ſubiecto ſicut tactum fuit in quinto notabi=
li:ſed ꝙ ipſa diminutio habilitatis attēditur reſ=
pectu termini ad quem eſt:non ſm radicem quā
habet in ſubiecto. vnde in queſtionibus de ma=
lo.q.ſecunda articulo.11°.in corpore ſic cōcludit.
vnde manifeſtum eſt ꝙ peccatum eſt obſtaculū
quoddam impediens gratie ſuſceptionem. om=
ne autem obſtaculum alicuius perfectionis aut
forme:ſimul cum hoc ꝙ excludit formā vel perfe
ctionem:facit ſuſceptiuum minus aptum vel ha=
bile ad forme receptionem:et vlterius per conſe
quens impedit effect⁹ forme vel perfectionis in
ſubiecto.et maxime ſi obſtaculum illud fuerit ali
quid inherens habitu vel actu.hec ille.¶Ad.6m
dicitur ꝙ dupliciter deficit.primo in primo mem
bro diuiſionis:quia primā habilitatem anime ad
bonum dicit eſſe ſyndereſim.hoc autem falſū eſt
imo prius natura q̄ ſyndereſis habilitas et apti
tudo ad bonū naturaliter ineſt anime tanq̄ ei⁹
propria paſſio.ſecundo deficit in ſecundo mem=
bro diuiſionis.qm̄ procedit de habilitate anime
ad bonum accidentali et aduēticia que.ſ.ex acti=
bus noſtris cauſatur.noſtra autem concluſio lo=
quitur ꝺ habilitate et aptitudine anime natura=
li que principia humane nature naturaliter con=
ſequitur. vnde argumentum non eſt ad propoſi
tum.¶Ad argumentum ante oppoſitum reſpon
det Sanct⁹ Thomas in hac diſtictione articulo
ſecūdo ad. 4m.Et prima parte queſtione. 48a.
articulo primo ad. 4m.Et in queſtionibus ꝺ ma
lo queſtione prima articulo primo ad. 8m ꝙ ma=
ior argumenti habet veritatem de eo quod agit
in alterum effectiue:malum autem ſumptum for
maliter pro ipſa priuatione non dicitur agere ef
fectiue ſed quaſi formaliter priuat et corrumpit
bonum:quia eſt ipſa corruptio et priuatio boni.
Et in hoc articulus terminatur.

# Diſtĩctio.xxxv.vj.vij.

Circa tricesimã quintã et triceſimã ſextam et triceſimã ſeptimaꝫ diſtinctionem q̃ritur vtrũ in quolibꝫ peccato ſit aliq̃s actus et arguit̃ ꝙ ſic. dicit enim Aug⁹ ꝯ fauſtuꝫ ꝙ peccatũ eſt dictũ vel factũ vel cõcupitum cõtra legem dei. ſed in quolibet hoꝝ triũ ponit̃ aliq̃s act⁹. ergo et c̃. ¶ In oppoſituꝫ arguitur. q2 Jacobi. 4°. dicitur. ſciẽti bonũ et nõ faciẽti: peccatũ eſt illi. igitur ipſum nõ facere eſt peccatũ. ¶ In hac q̃ſtione erunt quattuoꝛ articuli vt ſupꝛa.

Quantuꝫ ad pꝛimũ articulũ ſit pͥma concluſio ꝙ omne peccatũ quod eſt homini culpa: eſt act⁹. i. actio deoꝛdinata vel depẽdet ꝑ ſe vel ꝑ accidẽs cauſaliter vel occaſionaliter ex aliquo actu cõiũcto vel remoto. Hãc cõcluſionẽ tenet. S. Tho. pͥma secũde. q. 71. articulo. 5° Et in. q. de malo. q. 2ª. articulo pͥmo. ¶ Secũda cõcluſio eſt ꝙ deus eſt cauſa act⁹ ſeu actionis q̃ eſt in peccato ſic materiale: licet nõ ſit cauſa peccati q̃ꝫᵐ ad ei⁹ formale quod eſt defoꝛmitas et deoꝛdinatio. Hãc concluſionẽ tenet. S. Tho. in hac diſtinctione. 37ª. q. 2ª. articulo pꝛimo et. 2°. Et pꝛima pte. q. 49ª. articulo. 2°. Et pͥma secũde. q. 79. articulo pͥmo et. 2°. Et in de malo. q. 3ª. ar. p°. ⁊. 2°. ¶ Tertia cõcluſio eſt ꝙ om̃e malũ in nã rõnali inq̃ꝫᵐ huiuſmodi eſt culpa vel pena. Hãc ꝯcluſionẽ tenet. S. Tho. i hac diſ. 35ª. ar. p°. Et pͣ pte. q. 48. ar. 5°. Et in. q. de malo. q. pͣ. ar. 4°. ¶ Quarta ꝯcluſio eſt ꝙ ois pena inq̃ꝫᵐ pena ẽ: eſt ꝓpter aliquã culpã. Hãc cõcluſionẽ tenet. S. T. in hac diſtin. 36ª articulo. 4°. Et p⁹. 2ᵉ. q. 87. articulo. 7°.

Quantum ad articulũ ſecundũ arguit̃ cõtra concluſiones. Et quidẽ cõtra pͥmaꝫ cõcluſionẽ arguit Gregoꝛius de arimino volẽs ꝓbare ꝙ peccatũ etiam cõmiſſionis nõ ſit act⁹ vel actio neq̧ aliq̃ entitas incõplexe ſignificabilis. ⁊ arguit pͥmo ſic. peccatũ actuale non eſt aliud q̃ꝫ voluntarie committere aliquid vel omittere cõtra rectã rõnem. ſed hoc per oꝛationẽ vel aliq̃d equiualẽs oꝛationiũn ſignificãdo tm̃modo põt ſignificari. igit̃ peccatum nõ eſt aliquid incõplexe ſignificabile. maioꝛ ꝓpoſitio clara eſt. minoꝛ ꝓbat̃. nã in ꝓhibitionibus ſeu pꝛeceptis negatiuis illa q̃ pꝛohibentur dicunt̃ ꝓpꝛie peccata. et in affirmatiuis: oppoſita eoꝛũ q̃ iubent̃. ſed vtrobiq̧ ſola cõplexe ſignificabilia ſunt hm̃oi. ergo ſola talia ꝓpꝛie appellantur peccata. et ita eſt de ceteris ſi qua nõ ſunt ꝓhibita. aſſumptũ patet diſcurrẽdo. cũ enim dr̃ nõ mechaberis: nec vir nec mulier nec aliquid incõplexe ſignificabile ꝓhibetur: ſed ꝓhibet̃ ꝙ admiſceatur nõ ſue. et ita eſt de ceteris vt patet inquirenti. ¶ 2° arguit ſic. q2 ſi peccatũ eſt entitas aliq̃: oꝫ nos dicere alicui⁹ entitatis q̃ de⁹ non ẽ: deuꝫ nõ eſſe factoꝛẽ vel cõfiteri deũ eſſe actoꝛẽ peccati. ſꝫ neutrũ videt̃ poſſe dici catholice dicente Aug⁹ pꝛimo de libero arbitrio caplo. 2. credimus ex vno deo eẽ oĩa q̃ ſunt et tñ non eſſe peccatoꝛũ actoꝛẽ. Item. 83. q. caplo. 21. dicit de deo ꝙ mali actoꝛ nõ eſt qui ⁊ oiuꝫ q̃ ſunt actoꝛ eſt. ſicut dicit magiſter ſen. 2°. diſ. 37ª. in fine et ꝓbat ꝑ dictuꝫ eiuſdẽ Augu. pͥmo retractationũ caplo. 26° nomine mali peccata itelligunt̃. ibidẽ etiam dicit ꝙ omẽs catholici tractatoꝛes cõſentiũt ꝙ deus nõ eſt actoꝛ maloꝝ. i. peccatoꝛũ. cõſtat aũt ꝙ omĩs entitas eſt de numero eoꝝ q̃ ſunt. ¶ 3° arguit in ſpeciali de aliq̃bus. q2 adulteriũ non eſt omnino aliq̃ entitas. q2 nec eſt adulter nec adultera nec aliqua entitas fingi põt q̃ ſit adulteriũ. ſimilr̃ nec homicidiũ. q̃ eni eſſet: cũ nec occidẽs nec occiſus nec inſtrumẽtũ occidẽdi nec aliq̃ oĩno entitas ibi cõcurrẽs q̃ ſit hoc pctm̃ qđ homicidium nominamus. et ita ẽ de furto et ceteris peccatis q̃bus exterioꝛi opatione homines peccant. et ſicut talia nõ ſunt entitates vlle ſꝫ tãtũmodo q̃dã cõplexe ſignificabilia: ita etiã de ceteris peccatis videtur eſſe ſentiẽdũ. ¶ 4° arguit. nã ſicut recitat Aug⁹ in de natura et grã ſatis ante mediũ: pelagi⁹ volens ꝓbare nãm humanã nõ eſſe debilitatã neq̧ mutatã peccato dicebat ſic. ante oia q̃rendũ puto qđ ſit pctm̃. ſba an omnino ſba carẽs. nomen q̃ nõ res nõ exiſtia nõ coꝛp⁹ aliqđ ſed ꝑperaꝫ facti actus exꝑrimit̃. deinde adiũgit credo ita eſt. et ſi ita eſt inquit q̃modo potuit humanaꝫ debilitare naturã vel imutare qđ ſubſtãtia caret. ex hac argumẽtatione patet ꝙ pelagi⁹ ſubſtãtiã accipit cõmuniter ꝑ entitate ſeu ꝑ eſſentia nõ cõtracte vt

ſubſtãtia diſtinguit cõtra foꝛmas accidentales.
nam ſi ſic acciperet:nullius apparẽtie eſſꝫ argumẽ
tum.quis eni nõ videat multis accidẽtibus poſ=
ſe debilitari et imutari humanã naturã tã in ſpũa
libus ſicut erroꝛibꝰ et prauis affectionibꝰ quibus
reddit debilioꝛ ad cognoſcẽdũ verũ et eligẽduꝫ
bonũ:ꝙ etiã coꝛpoꝛalibꝰ quibꝰ etiã ſm coꝛpꝰ de=
bilioꝛ reddit. ſi aũt ſbam vniuerſaliter ꝓ entita=
te accipiat: argumẽtũ apparet aliqualiter. nã ſatꝭ
apparere põt alicui illud qꝺ nulla entitas eſt:nul=
lam nãm poſſe imutare. huic aũt argumẽtationi
ibidẽ reſpõdet Augꝰ cõcedendo aſſũptũ.ſ. pctm̃
nõ eſſe ſbam. ita eſt inquit vt dicis non eſt pctm̃
aliqua ſba:ſed tm̃ hoc nomine ꝑperã facti actꝰ ex
pꝛimit.et paulo poſt peccatũ inquit didicimꝰ nõ
eſſe ſbam.deinde negat cõſequẽtiaꝫ qua infert ꝙ
nõ potuit debilitare naturã: ſiue reſpõdet ad in=
terrogationẽ pelagij q̃ virtualiter talẽ ipoꝛtat cõ
ſequẽtiaꝫ oſtendẽdo ꝙ etiã ex illo quod pꝛoꝛſus
nulla entitas eſt:poteſt debilitari natura dicens.
nõne attẽditur vt alia omittã etiã nõ mãducare
nõ eſſe ſbam:a ſubſtãtia ꝗppe receditur qm̃ cibus
ſubſtãtia ẽ. ſed abſtinere a cibo : nõ eſt ſubſtãtia.
et tamẽ ſba coꝛpoꝛis ſi omnino abſtinetur a cibo
langueſcit.cõſtat eniꝫ ꝙ nõ mãducare: nulla om
nino entitas eſt:nec ſuba ſpecialit ſũpta nec acci=
dens.ex quo etiã exẽplo patet ſatis ipm voluiſſe
dicere peccatũ nullã omnino entitatem eſſe:et tm̃
ex eo potuiſſe debilitari naturã hominis. ſic igit
patet ex hoc loco Auguſtinũ voluiſſe ꝙ peccatuꝫ
nulla omnino entitas eſt. ¶ 5° arguit ad idem ꝑ
eundẽ Auguſtinuꝫ in de ꝑfectione iuſticie q̃ circa
ꝑncipiũ recitat vnũ argumentũ celeſtij quo ꝓba
re nitebat hominẽ poſſe vitare pctm̃. ſic eniꝫ ar=
guebat ille. querẽduꝫ eſt inquit q̃d eſt pctm̃ actꝰ
an res.ſi res eſt:vt auctoꝛeꝫ habeat neceſſe eſt. ſi
auctoꝛem hre dicit : iã alter pꝛeter deũ rei alicu=
ius actoꝛ induci videbit.ac ſi hoc dici ipium ẽ:cõ=
fiteri neceſſe eſt pctm̃ omne actũ eſſe nõ rem.ſi ꝗ
actus eſt imo q2 actus ẽ: vitari põt.hic pꝫ ꝙ etiaꝫ
rem iſte accipit vniuerſaliter ꝓ entitate.qm̃ alias
alicuius entitatis deꝰ nõ eſſet actoꝛ ſicut nec pcti
qꝺ ipſe reputat falſum.et vere cõcludit. ergo iſte
pꝛimo dicit pctm̃ nõ eſſe entitatẽ ſꝫ actũ: ⁊ dinde
infert ꝙ põt vitari. Ad hoc argumẽtũ ſic dicit Au
guſtinꝰ ibidẽ.rñdemꝰ inq̃t pctm̃ actũ dici et non
eſſe rẽ.nõ accipit aũt rẽ cõmuniſſime ꝓ omni ſig=
nificabili cõplexe vel incõplexe. nã hoc mõ pctm̃
et actꝰ ſeu quodlibet agere res dici põt . ſicut in=
fra rẽ accipit cum iuxta auctoꝛitatẽ Joꝺ ſm aliaꝫ
litterã.d.erat vir habitãs et c̃: abſtinẽs ſe ab om
ni re mala:ait ꝙ pctm̃ et ſi actꝰ ſit: res dici põt.ſꝫ
accipit ꝓ eſſentia ſeu ꝓ entitate. ſic enim quelibꝫ
res alia a deo habet auctoꝛẽ deum. et ſimilit acci
piẽdo dicit pctm̃ eſſe actũ nõ rem.ex quo pꝫ pꝛo=
poſitũ.et imediate reſpõdendo ad cõſequentiaꝫ
celeſtij dicit.ſed etiã in coꝛꝑe claudicatio eadem
rõne actus eſt nõ res.qm̃ res pes ipſe vel coꝛpus
vel homo ẽ qui pede vitiato claudicat.nec tamẽ
vitare põt claudicationẽ niſi habeat ſanatum pe
dẽ.ex quo etiã exemplo ꝓpoſitũ declarat. nã nõ
eſt fingere que res ſit claudicatio ſeu claudicare
quod idẽ eſt ſuppoſito ꝓ conſtãti ꝙ motꝰ nõ ſit ſꝫ
ſe diſtincta res a rebus ꝑmanentibꝰ. ¶ 6° argu=
it.nã Augꝰ homelia ꝑma ſuꝑ Johãnem exponẽs
illud Johãnis ꝑmo . Omĩa ꝑ ipm facta ſunt et ſi=
ne ipo factũ eſt nichil ait.pctm̃ quidẽ nõ ꝑ ipſum
factũ eſt.et manifeſtũ ẽ ꝙ pctm̃ nihil ẽ. et ita ſuꝑ
eiſdem verbis.vniuerſa inquit creatura ꝑ ipſum
facta ẽ maioꝛ.minoꝛ ꝑ ipm facta ſunt inferioꝛa ſu
perioꝛa ſpũales coꝛꝑales ꝑ ipſum facte ſunt.nul
la enim foꝛma nulla cõpago nulla cõcoꝛdia par=
tium nulla q̃liſcũqꝫ ſuba q̃ põt habere numerum
pondus mẽſurã:niſi ꝑ illud verbũ ⁊ ab illo verbo
creatoꝛe cui dictũ eſt.omĩa i mẽſura numero põ=
dere diſpoſuiſti facta ſunt.hec ille. vbi ad ꝓpoſi=
tum ꝓbationẽ ꝑmo facit ꝙ ait pctm̃ nihil eſt.igit
non eſt entitas aliqua.ſecũdo q2 vt pꝫ ex ſecũda
parte auctoꝛitatis cũ ait euãgeliſta . omĩa ꝑ ipm
facta ſunt:ꝑ ly omĩa omnis entitas magna ⁊ par
ua generaliter ſignificat. vt tãtũ valeat illud di=
ctum ac ſi dicat.omnis entitas ꝑ ipm facta eſt. in
pꝛima aũt ꝑte auctoꝛitatis dicit pctm̃ nõ ꝑ ipꝫ fa
ctum.ex q̃bus neceſſario et euidẽter cõcludit. igi
tur pctm̃ nõ eſt entitas aliqua.quomodo etiã vi=
detur concluſiſſe Augꝰ ꝙ pctm̃ eſt nihil in pꝛima
parte auctoꝛitatis. hec ſunt argumẽta Gregoꝛij
in foꝛma. ¶ Cõtra quoddã ſuppoſitũ in eadẽ cõ=
cluſione arguit Aureolꝰ ꝓbãdo ꝙ rectitudo vo=
luntatis nõ ſumat ex cõfoꝛmitate ad rectã rõneꝫ
ꝑmo ſic.illud nõ eſt mẽſura dãs rectitudinẽ actui
volũtatis:qꝺ põt obliquari et eſſe rectũ et nõ re=
ctũ. Dicet foꝛte ꝙ argumẽtũ ſoluꝫ ꝓbat ꝙ ideo
non põt eſſe ꝑma regula:nõ aũt ꝓbat quin poſſit
eſſe regula.ideo arguit ſic . illud nõ põt eſſe ꝑma
nec ſecũda regula ipſiꝰ regulati:qꝺ nõ poteſt me
diare inter ꝑmã regulã et ipm regulatum . verbi
grã impꝛimẽs ſigillũ in cera nõ dicit eſſe mẽſura
figure relicte ex ſigillo in cera eo ꝙ nõ mediat ni=
ſi ꝑ modũ applicãtis. ſed rõ non mediat inter pꝛi
mã regulã et regulatuꝫ niſi applicatiue applicãdo
.ſ.obm circũſtãtionatũ ad voluntatẽ.quare ergo
et c̃.cognitio eni tãtũmodo oſtendit id quod ha
bet mẽſurare obiectiue. ¶ 2° in hoc cõſiſtit recti=

tudo volũtatis vt faciat id qđ đcet et conuenit. ſed nõ habet aliqđ qđ deceat et cõueniat: qꝛ recta rõ dictat imo ecõtra quia illud cõuenit recta ratio hoc dictat. quare et c̃. Cõfirmaẜ. qꝛ diuina volũtas dictat aliquid conuenire actui reſpectu cuiꝰ nõ ſe habet rõ niſi cognoſcẽdo et pſentando voluntati. Cõfirmaẜ etiã. quia propter aliud et aliud obiectũ et aliã et aliam circũſtantiaꝫ: recta ratio dictat actũ cõuenire et diſcõuenire. ergo cõueniẽtia et diſcõueniẽtia actꝰ eſt ex parte obiecti et nõ ex parte rõnis. vñ rõ non habet de ſe ꝙ ſit recta niſi qꝛ ſeniat cõformiter vt eſt in obiecto. hoc enim innuit phs. 2° ethicoꝝ cũ ait vt ſapiens determinabit. ſapiẽs aũt nõ ſe habet p modũ mẽſurantis ſed applicãtis. quia illud mediũ qđ ſapiens cõiectat: non imprimiẜ a rõne ſed rõ inuenit illud et oſtendit volũtati. ¶Cõtra ſecũdaꝫ partem pme cõcluſionis arguit Durãdus pbando ꝙ ad pctm̃ omiſſionis nõ requiraẜ quicũqꝫ actꝰ. pmo quia ſi hoc eſſꝫ verũ: hoc videreẜ p tanto qꝛ negatio vel omiſſio actꝰ nõ eſt in poteſtate nr̃a. nec p conſequẽs culpabilis niſi mediãte aliq̃ actu p quẽ habemꝰ dominiũ ſuper negationẽ actꝰ. qꝛ aliud eſt nõ exire in actũ et aliud hr̃e dominiũ ſuper nõ exire in actũ. qꝛ nõ exire in actũ dicit ſolã negationẽ actꝰ. ſed hr̃e cauſalitatẽ ſup non exire in actũ: dicit aliqđ poſitiuũ et actuale. nulla autẽ res habet cãlitatẽ poſitiuã et actualẽ ſup aliqđ affirmatũ vel negatũ niſi aliqđ agẽdo. ergo voluntas nõ habet dominiũ vel cauſalitatẽ ſuper non exire in actũ niſi aliqđ agẽdo. et ſic videẜ ꝙ pura omiſſio nõ eſſꝫ pctm̃ niſi rõne alicuiꝰ actus p quẽ habemꝰ dominiũ ſup ipſam omiſſionẽ. ſed iſta rõ non valet. qꝛ ad hoc ꝙ omiſſio imputeẜ volũtati: non oportet ꝙ ſit in poteſtate eiꝰ mediãte aliquo actu. ſicut ad hoc ꝙ actꝰ ei imputeẜ: nõ oportet ꝙ iſte actꝰ ſit in poteſtate eiꝰ mediãte aliquo alio actu. ſꝫ ex hoc ſolo imputaẜ ei actꝰ vel omiſſio eiꝰ: qꝛ in libertate volũtatis eſt exire in actuꝫ vel nõ exire. qꝛ actꝰ vł eiꝰ oppoſitũ nõ ẽ de neceſſario volibilibꝰ nec hẽt cũ eis neceſſariã colligantiã. et qcqđ ſit de actu: reſpectu tñ omiſſionis imputabilis: nõ oportet in volũtate ponere cauſalitatẽ actualẽ et poſitiuã. qꝛ nulla cauſalitas poſitiua directe requiriẜ ad effectũ priuatiuũ: ſꝫ ſufficit nõ exire in actũ cuiꝰ hẽtur dominiũ. et ſic cauſatur a volũtate omiſſio culpabilis. ¶2°. quia ſi ad peccatũ omiſſionis requiriẜ aliqs actꝰ: aut ille eſſet interior aut exterior. ſꝫ neutrũ hoꝝ reqriẜ. igitur et c̃. pbaẜ minor quo ad vtrãqꝫ partem. ꝙ enim nõ reqraẜ actꝰ interior pꝫ. qꝛ velle facere ⁊ velle nõ facere qđ preceptũ ẽſt: nõ ſic opponunẜ vt neceſſe ſit alterũ ineſſe. ſicut dicimus de deo ꝙ non eſt neceſſe ꝙ velit mala fieri vel velit mala non fieri. imo neutrũ vult. ſimiliter nõ eſt neceſſe aliquẽ velle obedire pcepto aut velle nõ obedire. forſan eni de pcepto nichil cogitat: et tamẽ faciẽs qđ preceptũ eſt peccat. ergo nihil prohibꝫ peccatũ omiſſionis eſſe ſine quocũqꝫ actu interiori volũtatis. Idẽ apparet de actu exteriori dupliciter. primo qꝛ omne peccatũ qđ eſt contra determinatũ preceptũ ſi cõſiſtit in actu: cõſiſtit in actu determinato alioquin nõ eſſet determinatũ peccatum. ſed actꝰ incõpoſſibiles ei qđ preceptuꝫ eſt fieri: ſunt indeterminati. ſicut mens vigilãs loqndo orando ſtudendo: nõ poteſt hora debita ſurgere ad matutinas. ergo in nullo taliũ actuũ põt per ſe cõſiſtere pctm̃ omiſſionis qđ eſt cõtra đterminatũ preceptũ. Scđo qꝛ nullꝰ peccat faciẽdo illud qđ non ẽ malũ de ſe nec eſt phibitũ. ſed multi actus incõpoſſibiles ei qđ preceptũ eſt fieri: ſũt huiuſmodi vt vigilare in ſtudio vel oratione. igiẜ et c̃. ¶3°. qꝛ omnis đfectꝰ volũtariꝰ eſt culpabilis. ſed omiſſio actꝰ debiti eſt hmõi. eſt eni defectꝰ vt de ſe pꝫ volũtariꝰ ſed nõ ab actu volũtatis cadente ſup ipſuꝫ: ſed qꝛ in poteſtate volũtatis fuit vitare illũ. igiẜ et c̃. ¶4° omnis trãſgreſſio precepti eſt pctm̃. ſed in pura omiſſione eſt trãſgreſſio pcepti affirmatiui. ergo ipa ẽ pctm̃ circũſcripto qcũqꝫ actu. ¶5°. arguũt alij put recitat Adã ſup. 4° ſentẽtiaꝝ. qꝛ bene ſeqẜ deꝰ pcipit ſorti ꝙ velit hodie. a. et iſte nõ volet. a. in nullo legitime excuſatꝰ de non volẽdo. a. ſicut ſibi precipiẜ. igiẜ iſte hodie peccabit. cõſequẽtia eſt bona. igiẜ qcquid ſtat cũ antecedẽte: ſtat cuꝫ conſequẽte. ſed ꝙ iſte nullũ actũ volendi vel nolẽdi hodie ſit habiturus: ſtat cũ antecedente. igiẜ et cũ cõſequẽte ſtat. igitur iſte ſimul peccabit p omiſſioneꝫ actus volendi ſibi precepti ſine hoc ꝙ habeat aliquem actũ poſitiuũ. igitur ſola carẽtia actus debiti põt eſſe pctm̃ omiſſionis. ¶6° qꝛ precipiaẜ iſti a deo ꝙ infra certã parteꝫ tẽporis velit vel nolit ire ad eccleſiã. ꝛ ifra illã partẽ temporis ſine excuſatione legitima nec volet nec nolet ire ad eccleſiam. igitur peccabit. cõſequentia hec eſt bona vt por. ergo quicqđ ſtat cũ antecedente ſtat cũ cõſequẽte. ſed cũ antecedẽte ſtat ꝙ iſte in data pte tẽporis nec habebit velle nec nolle. igitur et cũ antecedẽte. ergo poterit peccare p ſolam carẽtiã actꝰ debiti. ¶7° precipiaẜ iſti ꝙ aliquẽ actũ volẽdi vł nolendi habeat hodie. ſit ita ꝙ ſine excuſatione debita đ non habendo: nullũ habebit hodie actũ volẽdi vel nolẽdi. igitur peccabit et nõ per poſitionẽ alicuiꝰ actꝰ nolẽdi vel volendi. igiẜ per ſo-

lam omiſſionē ſeu carentiā alicuiꝰ talis ſi antece
dens ſit verū. ¶ 8°. qꝛ iudicante ſorte ꝙ.a.ſit ab
eo agendū vel volenduꝫ vel precepto ſibi a deo
ꝙ velit.a.vel agat: aut ſortes pōt ſe ſuſpēdere ab
omni actu volēdi vel nolēdi ceſſante impedimē
to: aut nō.ſi nō: igitͬ deus nō poſſet ſibi ꝑcipere ꝙ
ſe ſuſpēderet ab omni actu.qꝛ nichil pōt rōnabi=
liter alicui precipi qđ non ſubſit cū dei adiutorio
ſue libere poteſtati.nec deꝰ pōt aliqđ niſi rōnabi
liter ꝑcipe. Itē ſi nō pōt: non videretͬ libere velle
vel nolle.qꝛ neceſſe eſſet ſibi niſi deꝰ ipm ſuſpen=
deret ab agēdo velle vel nolle. preterea tūc oēs
rōnes q̄ ſolent fieri ꝑ mediationeꝫ inter velle et
nolle ꝑ nō velle: falſe eſſent.et tūc hmōi difficul=
tates vt videtͬ nullatenꝰ poſſunt ſolui.iſta viden
tur incōueniētia.igitͬ ex iſtis videtͬ ꝙ.2ͣ pars cō
cluſionis ſit falſa. ¶ Cōtra.2ᵃᵐ cōcluſionē argu=
it Aureolꝰ ꝑmo ſic.ſi deꝰ ageret ad actū poſitiuū
volūtatis ſubtractū deformitati: neceſſario age=
ret ad deformitatē.cuius oppoſitū dicūt ſācti.pro
batͬ cōſequētia.qꝛ quādo aliqua ſic ſe habent ꝙ
vnū eſt ꝑuatio in alio et inſeparabile ab alio: qđ=
cūqꝫ agēs agit in vnū: neceſſario agit in reliquuꝫ.
ſed ita ſe hēt deformitas ad actū.igitͬ et c̄.maior
patet.qꝛ eni priuatio albedinis et negatio ē inſe
parabiliter ānexa nigredini: ideo ꝓducēs nigre=
dinē neceſſario ꝓducit nō albedinē.minorē ꝓbo.
accipio.n.iſtū actū qui ē odire deū.ita ꝯcomitatͬ
deformitas iſtū actū: ꝙ impoſſibile eſt eā ſepara
ri vel tolli.et hoc eſt qđ dicūt doctores ꝙ deꝰ nō
pōt diſpenſare in ꝑceptis ꝑme tabule quia ex ſe
habēt annexā deformitatē. ¶ 2°.qꝛ q̄ ſunt mala
ex obiecto: non pn̄t fieri ſine deformitate.ratio ē
quia ſunt ꝺ ſe cōuoluta cū malicia. Cōfirmatͬ hoc
per Ariſto.3°.ethi.ipſe eni ibi q̄rit vtrū habitus
inſit nobis volūtarie.et dicit ꝙ ſic.qꝛ voluntarie
elicimꝰ actus ex q̄bus neceſſario generatͬ habitꝰ.
qꝛ q̄cquid eſt cauſa cauſe eſt cauſa neceſſario cau
ſati ab illa cā ſecunda.ſed deformitas in actu ſeq̄
tur neceſſario naturā actꝰ nō minꝰ q̄ꝫ habitus.ģ
ſi deus cauſet actū quo ad ſubſtractū: neceſſario
cauſabit deformitatē. Itē agens quātū dat ꝺ for=
ma: tōtum dat de cōſequētibꝰ ad formā.8°.phi.
et ſi hoc eſt verū in poſitiuis: magis verū ē in pri
uatiuis. Cōfirmatͬ.qꝛ quādo deꝰ ꝓhibet aliquā
deformitatē ne fiat: non tm̄ ꝓhibet actū quo ad
deformitatē imo q̊ ad ſubſtractū.ſ.cōcupiſcere.
¶ 2° ꝑncipalitͬ arguit ſic. Si deꝰ coagit actui vo
luntatis: aut hoc eſt qꝛ ſequitͬ determinationē vo
luntatis in illo actu ſic ꝙ volūtas ꝑus natura de=
terminat ſe ad actū illū et ex hoc deꝰ coagit volū
tati determinate: aut ecōtra ꝑus deꝰ determinat
ſe ad agendū et volūtas nr̄a ſequitͬ determina=
tionē eiꝰ: aut veniūt ad iſtā actionē ex equo.ſed
nullo iſtoꝝ modoꝝ.igitͬ et c̄.maior patet ꝑ ſuffi=
cientē diuiſionē.minor ꝓbatͬ ꝑmo ꝙ nō ꝑmo mō.
qꝛ tūc deus volūtarie coageret ad pctm̄.et etiaꝫ
habetͬ ꝓpoſitū cum in illo determinare non coa=
gat ſibi deꝰ.et ſic non ē cauſa omnis actꝰ poſitiui.
nec pōt dari ſecundꝰ modꝰ: quia tūc volūtas de
terminaretͬ a deo ad peccatū.igitͬ nō ageret a ſe
ſed ab alio et ita volūtas nō peccaret: qꝛ de ſe nō
haberet vn̄ eſſet cauſa peccati qꝛ nō libere.deter
minaretͬ eni ab extrinſeco.nec eſt poſſibilis tertiꝰ
modꝰ.tū quia iſte modus eſſet caſualis.tuꝫ quia
deus volūtarie coageret ad peccatū. ¶ 3° nō mi
noris poteſtatis eſt volūtas reſpectu actꝰ ſui q̄ꝫ
agentia naturalia reſpectu ꝓprioꝝ actuum.ſed
agentia naturalia ſic eliciūt actꝰ ſuos ꝑ ſe ꝙ deus
non coopatͬ actiue niſi ꝑ conſeruationē.igitͬ et c̄.
ꝓbatur minor auctoritatibꝰ et rōne.ꝑma aucto
ritas eſt Auguſtini.7°.de ciuitate dei caplo.30.
ſic dicētis.ſic deꝰ adminiſtrat omnia q̄ creauit: vt
ipſa ꝓprios exercere et agere motꝰ ſinat.alia eſt
Eccle.15°.deꝰ ab initio cōſtituit homineꝫ et reli=
quit eum in manu cōſilij ſui.alia ē etiā cōmētato
ris.12° methaͤ qui deridet ſarracenos eo ꝙ ne=
gant res hr̄e ꝓprias opationes. Rōne etiā ꝓbatͬ
dicta minor.qꝛ nō apparet quare deꝰ nō poſſꝫ cō
municare creature actionē que nō eſt creatio ſed
extractio ꝑfectibilis ad cōplemētū cū illa nō req̄
rat in agente virtutē infinitā. ¶ 4° qꝛ aut in edu
ctione forme de materia ſi deꝰ coagit agēti nāli:
ambo faciūt idē totaliter: aut deꝰ vnā partem et
agens naturale aliā.nō pōt dici ꝑmum.qꝛ impoſ
ſibile eſt idē ſimul eē a duabꝰ cauſis totalibꝰ i eo=
dem genere.nec ſecundū.tū qꝛ aliquādo forma
illa ſimplex eſt carens partibꝰ.tū qꝛ tūc ſequitͬ ꝙ
ad partē quā facit agens naturale: deꝰ nō coagit
quod ē ꝓpoſitū. ¶ 5°.arguūt alij qꝛ ſi eūdē actū
malū facit deus quē facit homo.igitͬ ſicut homo
peccat faciēdo illum actū ſic deꝰ peccaret quod ē
impoſſibile.patet cōſequētia.qꝛ non ꝓpter aliđ
ille homo peccat niſi quia facit actū malū. ¶ 6°.
ſi deꝰ faciat actū malū deꝰ eſt actor maloꝝ cuiꝰ
oppoſitū dicit Augu.in de moribꝰ manicheoꝝ ⁊ i
multis alijs locis.patet cōſequentia.quia nō eſt
aliud eſſe actorē mali q̄ꝫ facere actū malū. ¶ 7°.
quia tūc deo actore fieret homo deterior.contra
eundeꝫ Auguſ.83.q.q.3ᵃ.ꝓbatur cōſequētia.qꝛ
qui cauſat actum quo fit homo deterior: eo acto
re fit ille homo deterior.ſi autem concluſio ſit ve
ra: deus cauſat actum quo homo eſt deterior.igi
tur et c̄. ¶ 8°.deus eſt vltor mali actus.igitͬ eius

non eſt actor.antecedēs certū ē p fidē. pbaē pña
auctoritate fulgētij dicētis ꝙ de⁹ ei⁹ rei eſt vltor cu
ius nō eſt actor. Itē Auguſ. in libro q̄ dicit̄ confu
tatio catholica quorūdā ſibi falſe impoſitorꝝ. di=
cit ꝙ ab actore nature ꝓrſus alienū ē q̄cq̄d i vno=
quoq̄ʒ dānādū eſt. ¶9° ſi de⁹ eſt cauſa partialis
act⁹ mali: poſſet eſſe cā totalis eiuſdē ita ꝙ ſolus
ipſe cauſaret actū illū. conſequēs eſt falſum quia
tunc poſſet cauſare actū odiendi deū et mādatū
ac per hoc mētiri. cōſequēs eſt falſuʒ. pbat̄ conſe
quētia. qꝛ quēcūq̄ʒ actū pōt deus ꝓducere cōcur
rente cā ſecunda: pōt abſq̄ʒ illa alias non ſibi ipſi
ſufficeret ad omnē effectū ſuū cauſandū: ſʒ ad ali
quē cauſandū indigeret adiutorio creature. hoc
aūt eſt falſum dicēte btō Augu° ō libero arbitrio
caplo. 2° ꝙ null⁹ de deo optime eſtimat q̄ nō eū
credit natura adiutū eſſe natura in cāndo quaſi
qui nō ſibi ſufficeret. ¶10. ſi de⁹ facit iſtū actū ma
lum quē etiā facit iſte hō: de⁹ vult iſtuʒ actū eſſe.
igit̄ vult iſtū hominē facere iſtū actū malū. et vl=
tra. igit̄ iſte homo faciēdo iſtū actū malū: facit il=
lud quod de⁹ vult eum facere et p cōſequēs non
peccat. et ſic ſequit̄ ꝙ quēcūq̄ʒ actū homo faciat:
nūq̄ʒ peccat. nā ſic pōt de quolibet argui. ¶11° ar
guit Durandus. ſumat̄ inquit aliqua ſingularis
actio puta hoc adulteriū q̄ ſm ſe ſeparari nō pōt
a deformitate culpe: ipoſſibile eſt ꝙ deus ſit ime
diata cauſa talis actionis. qꝛ neceſſario eſſʒ cauſa
deformitatis ita ꝙ ſibi attribueretur defectus ſi=
cut act⁹. quod patet. ad ōfectū eni culpabilē tria
concurrūt. ſ. ꝙ defect⁹ culpabilis non cauſat̄ niſi
ab agēte: qꝛ culpa eſt malū quod facim⁹. defect⁹
vero nō culpabiles aliunde cauſari poſſunt. ſ. ex
indiſpoſitione materie. ſicut tibia claudi nō pōt
recte incedere: licet non ſit defect⁹ ex parte ꝟtu=
tis greſſiue ſed ex indiſpoſitione materie. ſecūdo
ad hoc ꝙ defect⁹ ſit culpabilis: oportet ꝙ ſit i po
teſtate agētis. quia q̄ nō ſunt in poteſtate nr̄a nō
ſunt nobis culpabilia. tertio req̄rit̄ ꝙ defect⁹ non
ſit ignorat⁹ ignorātia q̄ excuſet. ex q̄b⁹ arguit̄ ſic.
omnis defect⁹ culpabilis iputat̄ agēti ꝓducēti ⁊
habēti dominiū ſup actū et nō ignorāti defectuʒ.
ſi ergo de⁹ imediate cauſet actū hui⁹ adulterij cū
non agat ex neceſſitate nature ſed libere habens
plenū dominiū actus nec ignoret defectū adiun=
ctum: nō video quin ſibi debeat ad culpā imputa
ri ſicut et homini vel magis q̄ʒ homini cui⁹ igno=
rantia pōt eum q̄nq̄ʒ totaliter excuſare vel culpā
aleuiare. Cōfirmatur. quia quando duo ſunt cō=
iuncta inſeparabiliter: quicūq̄ʒ ſciens vtrūq̄ʒ eli=
git vnum: eligit et alterum. qꝛ et ſi illud nō elige=
ret abſolute quia malum: ex quo tamē cōiunctuʒ

eſt ei quod vult nec ſeparari pōt ab eo: neceſſe ē
ꝙ vtrūq̄ʒ velit. ſicut patet in voluntarijs mixtis.
vt cum aliq̄s ꝓijcit merces in mari vt ſaluetur:
quas tn̄ ſm ſe non vellet ꝓijcere. cuʒ igitur deus
non ignoret defectum cōiunctū actui. ſi vult vnū
vult et alterū. non operat̄ aūt niſi ſciens ⁊ volēs.
igitur et c̄. ¶12° arguit. Qꝛ defectui nō aſſignat̄
cauſa niſi rōne actus. vbi ergo actus et defectus
ſunt inſeparabiles: quicquid eſt cauſa actus ē cā
defect⁹. ſed in actiōe pcti puta in verbo blaſphe=
mie actus et defect⁹ ſunt inſepabiles. ergo cū de⁹
non ſit cā defect⁹ alioqui deo imputaret̄ pctm̄: vi
detur ꝙ nō ſit cā act⁹. ¶Cōtra tertiā cōcluſionē
arguit Aureol⁹ ꝓbādo ꝙ nō ſufficient̄ diſtiguat̄
malū culpe a malo pene p hoc ꝙ culpa ē ꝑuatio
ſecūde pfectionis: pena vero ē priuatio vel priua
tiua ꝑme pfectionis. Arguit̄ ergo ꝑmo ſic. qꝛ ma=
lū pene pōt eē reſpectu vtriuſq̄ʒ pfectionis et reſ=
pectu boni moris. vn̄ dicit Auguſti. ꝙ pctm̄ ſibi=
ipſi ē pena. culpa. n. dicit carētiā boni debiti ineē
agēti inq̄ʒm ē agēs et hoc in natura q̄ hēt domini=
um ſui act⁹ puta in libero arbitrio. ſʒ eadē culpa
pōt eē pena in ordine ad iuſte infligētē illā ſic di=
cit apl's ad Ro. p°. mercedē quā oportuit erroris
ſui in ſeipſis recipiētes. et ita videt̄ dicere magi=
ſter ꝙ pena adimit bonū paſſiue ſʒ culpa q̄ſi acti=
ue. ¶2° arguit. qꝛ ſub rōne q̄ agēs cauſat: videt̄
ꝙ act⁹ culpabilis hēat rōnem pene. qꝛ ſʒ ꝙ elicit
et cauſat pctm̄: ꝑuat bonuʒ. et tn̄ ſʒ hoc hēt rōnē
pene: et inq̄ʒm elicit̄ et reſpicit agēs hēt rōneʒ diſ=
cōueniētis. qꝛ p hoc volūtas ponit̄ extra ſtatum
naturalis rectitudinis: qꝛ agit nō recte. et ita idē
eſt pena et culpa. hec Aureolus. ¶Cōtra q̄rtaʒ
cōcluſionē arguit ſic Durādus. Si pena ſemp in=
fligeret̄ ꝓ aliq̄ culpa: vel ꝓ actuali vel ꝓ origina
li. nō ꝓ actuali: qꝛ in multis inueniunt̄ graues pe
ne in q̄b⁹ nulla eſt culpa actualis ſicut in pueris
nup vel nōdū baptizatis in q̄b⁹ ſunt egritudines
et vexationes demonū et ſimilia. nec ꝓ origina=
li. qꝛ culpe originali nō debet̄ pena ſenſus ſed pe
na dāni: licet ipſa paſſibilitas pene ſēſus inſit ꝓp
ter pctm̄ originale. ſed multe pene ſenſus inſunt
hominib⁹ vt de ſe pʒ. ergo nō oīs pena infligit̄ ꝓ
culpa. ¶2°. Qꝛ multe ſunt pene q̄ infligunt̄ ab
hoīe ſimpliciť iniuſte abſq̄ʒ aliq̄ culpa patiētis et
a deo nō quidē iniuſte cū ſit dn̄s vite et mortis: ſʒ
preť iuſticiā. q̄d cōtingit multis modis ſicut tra=
ctat btūs Aug⁹ ſup. can. de vtero dicēs ꝙ quinq̄ʒ
modis flagella cōtingūt. vel vt iuſtis merita per
patiētiā augeātur vt Iob. vel ad cuſtodiā ꝟtutū
ne ſupbia tētet vt Paulo. vel ad corrigendū pec
cata vt marie lepra. vel ad initiū pene vt herodi

vt hic videat̃ q̃d in inferno ſequat̃. vel ad gloriã dei manifeſtãdũ vt in ceco nato. in primo et vltimo iſtoꝝ modorum: pena non infligitur pro culpa vt de ſe patet. igitur.

eodẽ modo. ſi eni omnimodã ſimilitudinem di=
ceret: cõſciẽtia ineſſet homini a natura quemad=
moduꝫ et ſindereſis. ¶ Ad. 5$^{m}$ dicit̃ ꝙ concluſio
noſtra nõ fundat̃ in interpretatione nominis cõ
ſcientie dũtaxat: ſed in rõnib⁹ quas. S. Doc. ad=
ducit in locis pro cõcluſione allegatis quib⁹ etiaꝫ
cõſonat interpretatio nominis. quod autẽ argu=
ens adducit de interpretatione nominis ſindere
ſis et verbi cõſentire: non valet. qꝛ falſum eſt ꝙ
nomẽ ſindereſis ꝓut dicit habitũ ṗncipioꝝ in=
terpretet̃ latine coelectio imo ſm peritos in lin=
gua greca interpretat̃ cõſeruatio. quia ꝑ ſindere=
ſim q̃ ſemꝑ ad bonũ inſtigat: cõſeruat̃ mens a vi=
tijs et in bonis ꝑſeuerat. arguẽs autem deceptus
eſt putans idẽ eſſe lingua greca ſindereſim et ſin=
hereſim quod interpretat̃ latine coelectio. vnde
et hereſis ſm Hieronymũ et Jſidorũ libro ethi=
mologiaꝝ dicta eſt ab electione. deniq̃ꝫ conſen=
tire ꝓut ponit̃ act⁹ volũtatis: nõ interpretatur
cum alio ſentire ſm ꝙ ſentire pertinet ad intelle
ctum: ſed ſm ꝙ pertinet ad voluntatem ꝓut ſen
tire accipitur pro quodã experiri. conſentire eni
in aliquam rem: eſt illam experiri per inherẽtiaꝫ
inq̃ꝫ$^{m}$ ſibi in ea complacet. in qua acceptione dici
tur ſapientie primo: ſentite de domino in bonita
te. hoc notat. S. Tho. prima. 2$^{e}$. q. 15$^{a}$. articulo
primo in corpe et ad. 2$^{m}$. ¶ Ad. 6$^{m}$. dicitur ꝙ to
ta deductio procedit ex falſa imaginatione et fi=
ctione quadaꝫ arguentis. vnde cũ nullã habeat
rõnem ꝓbabilitatis: eadẽ facilitate cõtẽnit̃ qua
ab ipſo ponitur. Qđ autẽ arguẽs falſe interꝑtet̃
nomẽ ſindereſis et nomẽ cõſciẽtie: ex ſupra dictis
in tertio notabili et in reſpõſione ad. 5$^{m}$ ſatis ap
paret. neq̃ꝫ nob eſt incõueniẽs dicere ꝙ cõſciẽtia

non eſt in dormiente niſi improprie loquēdo ſm
ꝙ act⁹ dr̄ eſſe habitualiter in ſua cauſa vel radice
ſm ꝙ in quarto notabili ex dictis. S. T. deductū
fuit. et ſic loquunt̄ de cōſciētia q̄ illā ponūt in dor
mientib⁹ alias ē popularis abuſus. Quod autē
arguēs dicit d̄ ꝑpoſitiōe con ꝙ. ſ. hēt vi cōiunctio-
nis copulatiue: verū eſt ſed nō copulat actū itel-
lect⁹ et voluntatis vt arguēs opinat̄ ſ3 duos act⁹
intellect⁹. ſ. noticiā cōcluſionis et iudicij et noti-
ciam ꝑncipioꝝ ex quib⁹ deducit̄ ꝑut in tertio no
tabili expoſitum fuit. quod autē dicit de remorſu
cōſcientie: falſum eſt et fictio arguētis vt in reſpō
ſione ad. 2m dictū fuit. ¶ Ad. 7m patet reſponſio
per ea q̄ dicta ſunt in quarto notabili. ¶ Ad ar-
gumēta Durandi cōtra tertiā cōcluſionem. Ad ꝑ
mum dicitur ꝙ maior eſt falſa ſi quod eſt in ſe illi
citum: proponatur voluntati a ratione vt licitū
et debitum ꝑut. S. Tho. pulchre deducit in locis
pro concluſione allegatis. et ad ꝓbationem ar-
guentis dicitur ꝙ differentia quam ponit inter li
gari et obligari: ē in propoſito noſtro ficticia. nā
doctores ſancti et cōmuniter doctores probati:
idem vocant conſcientiā ligari et obligari quic-
quid ſit ſm imaginationem arguentis de ligatio
ne lignorum vel tabularū. vt enim. S. Doc. dicit
de veritate. q. 17a. articulo. 4o. in corpore. cōſciē
tia dicitur ligare aliquem per hoc ꝙ niſi conſcien
tiam impleat: peccatum incurret. hoc autem ē ip
ſum ad implendū quod conſcientia dictat obli-
gari. ¶ Ad. 2m dicitur ꝙ maior eſt falſa vbi obli-
gatio naſcit̄ ex falſa noticia rei vl' ignorantia quē-
admodum eſt in obligatione quam errans cōſciē
tia inducit. ¶ 3m. et. 4m. et. 5m. concedimus. et d̄
caſibus ibi tactis dictum eſt diffuſe in quinto no-
tabili vbi apparet ꝙ non procedunt iſta argumē
ta contra doctrinam. S. Tho. ¶ Ad argumentū
ante oppoſitum reſpondet. S. Tho. prima. 2e. q.
74. articulo. 5o. ad ꝑmū ꝙ ratio procedit de de-
fectu intellectus vt de ignorantia vel errore q̄ ē
de eo quod homo non tenetur aut non pōt ſcire.
ſed quando error vel ignorantia eſt de eo qd̄ po
teſt et tenet̄ ſcire: non ſolum non excuſat ſed et
peccatum aggrauat et ipſe error vel ignorantia
eſt peccatum. Et in hoc articulus terminatur.

# Diſtīctio q̄drageſima.

CIrca di
ſtinctionē qua-
drageſimā que-
ritur vtrū aliq̄
actio hūana poſ
ſit eſſe indifferēs
ad bonū ⁊ malū
morale. Et ar-
guit̄ ꝙ ſic. nulla
ſpecies eſt q̄ ſub
ſe nō contineat
vel cōtinere poſſit aliquod indiuiduū. ſed aliq̄s
act⁹ eſt indifferēs ſm ſuā ſpēm vt leuare feſtucā.
Et beat⁹ Auguſ. dicit in libro de ſermone domi-
ni in mōte q' ſunt aliqua facta media q̄ poſſūt bo
no vel malo animo fieri de quib⁹ temerariū eſt
iudicare. ergo ſub his ſpeciebus poterit inueniri
aliquis actus indiuidualis indifferēs. ¶ In op-
poſitū arguit̄ ſic. quia priuatiue oppoſita ſic ſe ha-
bent circa ſubiectū aptū natum ꝙ alterū eorum
ineſt de neceſſitate. ſed bonū et malū opponunt̄
priuatiue. act⁹ autē moralis ſuſceptiu⁹ eſt bonita
tis et malicie. ergo omni actui morali neceſſe eſt
alterum ineſſe. ¶ In hac queſtione erunt quat-
tuor articuli vt ſupra.

QUantum ad ar
ticulum ꝑmū ſit ꝑma cōcluſio ꝙ
null⁹ act⁹ humanus ſeu moralis
ſm indiuiduū cōſiderat⁹ ē indif-
ferēs ad bonū et malū. Hāc con-
cluſionē tenet. S. T. in hac diſ. ar. 5o Et pa. 2e. q.
18. ar. 9o. Itē in. q. de malo. q. vel mā ſecūda arti
culis. 4o. et. 5o. ¶ Secūda cōcluſio ē ꝙ null⁹ act⁹
human⁹ ſm indiuiduū cōſiderat⁹: in habēte gra
tiā ē indifferēs ad meritoriū et demeritoriū. Hāc
cōcluſionē tenet. S. T. in hac diſ. vbi ſupra. Et in
queſtionibus de malo vbi ſup̄ in r̄nſione ad. 7m.

QUantum ad ar
ticulū ſecūdū arguit̄ ꝯtra ꝑdicta
Et q̄dē cōtra ꝑmam cōcluſionē
arguit Scot⁹. q2 ſm phm. 2o ethi.
hitus iuſticie gen̄rat̄ ex opib⁹ iu-
ſtis nō tn̄ iuſte fact̄. illi aūt act⁹ nō ſunt boni mo-
ralit̄ q2 nō ſūt ex v̄tute. nec etiā mali moralr̄. ſilr̄
pōt argui d̄ actib⁹ elicit̄ poſt v̄tutē. q2 nō vr̄ neceſ
ſitas ꝙ volūtas hn̄s v̄tutē ſp̄ vtat̄ ea neceſſario ſ3
ſolū qn̄ occurrit paſſio ita vehemēſ ꝙ ſubuerteret

rationeʒ niſi vteretur virtute. ❡Secūdo arguit Durandus cōtra illud quod ponitur in probatione illius concluſionis de actibus ex ſola imaginatione ꝓcedentibꝰ. quia vbi inuenitur dominiū rationis vel voluntatis: ibi inuenitur genus moris. ſed dominiū rōnis et voluntatis inuenit̄ non ſolū in actibus qui ſequunt̄ rōnem deliberanteʒ ſed etiā in eis qui precedunt inqꝫm a rōne ꝑueniri potuerunt: alioquin in ſenſualitate nullū poſſʒ eſſe peccatum. ergo actus ꝓcedentes a ſola imaginatione: pertinent ad genꝰ moris quia ſubſūt imperio rationis inqꝫm ab eo poſſunt preueniri. et ſic per cōſequens ſunt ſuſceptiui bonitatis et malicie moralis. cuius oppoſituʒ aſſumit ꝓbatio pro fundamēto. ❡Cōtra ſecūdam cōcluſionem arguit ſic Scotus. qꝛ ſuppoſita bonitate morali: meritum ē ex relatione ad finem debitū. que relatio fit a charitate ibi exiſtente. poteſt autē a charitate referri in debitū finem tripliciter. vno modo actualiter ſicut cogitans actualiter de fine: diligit illum et vult aliquid ꝓpter illuʒ. alio modo virtualiter. ſicut cum ex cogitatione et dilectiōe finis deuentū ē ad volitionē huiꝰ entis ꝓpter finem vel ad finē. puta cum ex cognitione et dilectione dei pertinēte ad portionē ſuperiorē: portio inferior cōſiderat talem actū puta orationeʒ eſſe aſſumēdā et poſtea illum exequit̄ volendo: non tamen tunc referēdo in finem quia nec tunc actualiter cogitat̄ nec diligitur. tertio modo habitualiter. puta ſi omīs actꝰ referibilis in finē manens cū charitate que eſt ꝑncipiū referēdi dicat̄ referri habitualit̄. triplici etiaʒ modo poteſt dici actus non referri. vno modo negatiue abſolute. quia nō refert̄ actualiter nec virtualiter nec habitualiter. alio modo priuatiue. quia nō eſt natum referri ſicut peccatum veniale. quia licet ſtet cuʒ charitate: non tamen natū eſt a charitate referri in finē. tertio modo cōtrarie. qꝛ. ſ. corrūpit ꝑncipiuʒ referendi in finem ſcilicet charitatem vt peccatum mortale. de illis duobꝰ modis vltimis certum eſt ꝙ illi actꝰ ſunt mali. ſ. peccatū veniale et mortale. de primis duobꝰ certū eſt ꝙ primꝰ actꝰ eſt meritorius. et ſatis ꝓbabile eſt ꝙ etiā ſecūdꝰ. ſed de duobꝰ medijs. ſ. de actu qui tm̄ refert̄ habitualiter et de illo qui non refertur negatiue nec actualiter nec virtualiter nec habitualiter: dubiū eſt vtrū talis actus ſit meritoriꝰ: vel ſi nō: vtrum ſit peccatū veniale: quia mortale poni non pōt. aut ſit talis indifferēs. ſi ponatur alterum duorū primorꝫ membrorum: videtur ꝙ homo exiſtens in gratia: cōtinue meretur vel peccat mortaliter aut venialiter. quia multos tales actus elicit cōtinue qui non referuntur continue actualiter nec virtualiter. ſm dictū modum probabile videtur ponere tales actus indifferentes: quia nō habēt ſufficientem rationē malicie pertinentē ad peccatum veniale. quia poſſibile eſt nullam deordinationeʒ eſſe in eis que ſufficiat ad rationem peccati. non enī tenet̄ homo tētione neceſſitatis cōtra quam fit peccatū mortale: nec tentione minori cōtra quam fit peccatuʒ veniale: ſemper referre omnē actū ſuum in deū actualiter vel virtualiter quia deus nō obligauit nos ad hoc. nec videt̄ eē in iſtis actibꝰ ſufficiēs ratio bonitatis vt ſint meritorij. quia nō videtur minor ratio ſufficere ad meritū ꝙꝫ virtualis que etiā nō eſt hic. ergo multi ſunt actus indifferētes non tm̄ ſꝫ eſſe qd̕ habēt in ſe vel in ſpecie nature: ſed etiam ſm eſſe quod habēt in eſſe morali et ſunt indifferentes ad bonum meritorium et malū demeritoriuʒ non ſolū ſm ſpēm quia vnū indiuiduum poteſt eſſe tale ⁊ aliud tale: imo multi ſingulares actus libere eliciti ſunt indifferētes. hec ille in forma. ❡2° arguit Durandus. qꝛ ſubiectū quod nō eſt ſuſceptiuū habitꝰ: nō ē ſuſceptiuū priuationis. eque enī impoſſibile eſt lapidē eſſe cecum ſicut eſſe vidente. ſed in nō habēte gratiā: actꝰ nō eſt ſuſceptiuus efficacie merēdi vt tu dicis. ergo nō ē ſuſceptiuꝰ demeriti. hoc autē eſt falſum. carēs enim gratia demeret̄ mechādo peierādo ⁊ huiuſmodi faciēdo. ergo aut ꝓpriū ſubiectū meriti non eſt actus hominis habentis gratiam: aut meritum et demerituʒ nō opponuntur priuatiue in quo fundatur vis ꝓbationis Sancti Thome. 2°. ſententiarum in hac materia. ❡3° quia ratio adducta de. 2°. ſententiarum non probat ſufficienter ꝙ in habente gratiam: omnis actus bonus moraliter ſit meritorius. licet enim charitas poſſit imperare omnibus virtutibus et earum actus ad finem charitatis ordinare: nō oportet tamen ꝙ ſemper ordinet. ſed contingit habentem gratiam facere opꝰ virtutis moralis puta dare elemoſinam pauperi ex naturali pietate: honorare parentes ex naturali equitate abſqꝫ hoc ꝙ iſta referat in finem charitatis. actus autem non eſt meritoriꝰ ex hoc ꝙ ordinari poteſt in finem charitatis: ſed ex eo ꝙ ordinatur. quod non ſemper fit vt ſtatim dictum eſt. ergo contingit habentem charitatem facere opus bonum moraliter quod tamen non eſt meritorium. conſtat autem ꝙ non eſt demeritoriuʒ ex quo eſt bonuʒ. ergo non eſt neceſſe omnē actū hominis habentis charitatem eſſe meritoriū vel demeritorium. quare et c̄. ❡4°. quia illa circunſtantia q̄ eſt concomitans actū et non informās

nullam bonitatē vel maliciā ponit circa ipſuȝ. ſi-
cut patet tā in bonis ꝙ̄ in malis. in malis quidē:
quia infidelitas nō ponit aliquā maliciā circa a-
ctum moralē hominis infidelis: niſi quādo actus
aliquo modo ex infidelitate ꝓcedit. tūc enim eſt
condicio informās et nō ſolū cōcomitans. ſimilit
hoc idē patet in bonis fortiori ratione. q2 facili⁹
cōtrahit act⁹ deformitatē ꝙ̄ rectitudinē. et facili⁹
eſt deficere ꝙ̄ recte agere. ꝓpter quod ſi mala cir
cunſtātia cōcomitans nō addit deformitatē: nec
bona addet nouā bonitatē. nūc eſt ita ꝙ in habē
te grām et faciēte opus bonuȝ moraliter: cōtigit
ꝙ grā eſt circunſtātia ſolum cōcomitans et nul-
lo modo actū informās. ſicut cū aliqs ſolo dicta-
mine rationis naturalis ductus: reddit alteri qđ
ſuum eſt. ergo grā nullā nouā bonitatē dat actui.
non ē ergo meritorius. itē nec demeritorius cum
ſit bon⁹. ergo eſt indifferēs. ¶ 5°. q2 ſi non eſt da
re in habente grām actum indifferentē: hoc ma-
xime videtur quia act⁹ virtutis moralis cuȝ poſ-
ſit ordinari in finem charitatis: ſi ordinat᷑ eſt me
ritorius: ſi vero nō ordinat᷑ et nat⁹ eſt ordinari:
ocioſus eſt et ꝑ conſequēs demeritorius. ſed hoc
non valet. q2 nō omnis actus q̄ pōt ordinari in
aliquē finem: ſi nō ordinetur eſt ocioſus ſȝ ſolum
ille qui debet ordinari. ſic enim diffinitur ocioſuȝ
quod natum .i. debitū eſt includere finē et nō in-
cludit. ex quo enim omne ocioſum eſt malū: ma-
lū autem eſt carētia nō cuiuſlibet boni poſſibilis
ſed poſſibilis et debiti: oportet ꝙ ſoluȝ ille actus
dicat᷑ ocioſus qui nō ordinat᷑ ad finē ad queȝ de
bet ordinari. Qđ auteȝ in habente grām omnis
actus virtutis moralis debeat ſemper ordinari
ad finem charitatis: non apparet ꝓpter duo. Pri
mo quia licet quilibet teneatur vitare omne ma-
lum: tamē nullus tenet᷑ facere omne bonū etiam
ſibi poſſibile: alioquin quilibet teneretur ad opa
ſupererogationis quod nō eſt verum. tenetur er
go quilibet ſolum ad bonū cuius omiſſio eſt ma-
la et meretur penam. et illud eſt bonū mere debi
tum nichil habēs ſuperogationis. nunc ita eſt ꝙ
ordinare omnē actū virtutis ad finem v̄tutis in
habente charitatē: videtur eſſe ſuperogationis.
ergo ad hoc null⁹ tenetur. maior patet ex dictis.
minor declaratur. q2 ordinatio cuiuſlibet actus
ad finē charitatis in eo qui habet charitateȝ per
quam iā eſt ſibi debita vita eterna: pertinet dire
cte ad multiplicationem meritoruȝ et augmētū
premij eſſentialis vel accidentalis. hoc autē non
eſt neceſſitatis cum ſine hoc ſit ſibi debitum pre-
mium: ſed hoc eſt ſupererogationis. igitur et cͤ.
Secundo quia ad omne illud ad quod tenet᷑ fi-
delis exiſtēs in grā: tenetur fidelis q̄ eſt ſine grā.
alioquin peccator ex culpa ſua ꝑ quā amiſit grāȝ
reportaret cōmodum de peccato ſuo. ſ. de obliga
tionem ab eo ad quod erat obligatus dum eſſet
in grā. ſed fidelis exiſtēs ſine grā: nō tenet᷑ oēm
actum bonū moraliter ordinare ad finē charita-
tis: alioquin peccaret honorās parētes niſi hoc
faceret ꝓpter vitā eternā quod null⁹ dicit. ergo
nec ad hoc tenet᷑ fidelis exiſtens in grā. Confir-
matur. quia ſicut ſe habēt incontinens et tempe
ratus ad finē tēperantie: ſic fidelis peccator et fi-
delis exiſtens in charitate ad fineȝ charitatis. ſic
enim incōtinēs et tēperat⁹ cōueniūt in recta rōne
oſtendēte finē virtutis moralis: differūt autē
in habitu inclinante queȝ habet tēperatus et nō
incōtinēs: ſic fidelis peccator et ille qui eſt in grā
cōueniūt in fide oſtendēte finē vltimū: differunt
autem in habitu inclinante quē habet vn⁹. ſ. exi-
ſtens in charitate et nō alius. ſ. peccator. ſed in-
continēs et tēperat⁹ equaliter tenent᷑ actus ſuos
dirigere et ordinare ad finē virtutis moralis. er-
go fidelis ſine grā et cum grā equaliter tenentur
actus ſuos dirigere et ordinare ad fineȝ vltimū.
ꝓpter quod ſi ad hoc nō tenet᷑ ille qui ē ſine grā
ſicut tu videris cōcedere: nec ad ideȝ tenet᷑ alius
q̄ eſt in grā. et ideo ſi nō ſemp referat: nō peccat.

Quantum ad ar
ticulū tertiuȝ p̄mo notandū ē ꝓ
declaratione p̄me cōcluſionis ꝙ
actus moralis dupliciť capi pōt
Uno modo ſtricte ſm ꝙ act⁹ di
citur moralis quia ꝓcedit a virtute morali vel a
vitio virtuti morali cōtrario. et ſic actus precedē
tes virtuteȝ ex quib⁹ virtutis habit⁹ generatur:
non dicunt᷑ actus morales. Alio modo pōt capi
minus ſtricte licet proprie pro omni actu a rōne
deliberatiua procedente cuius voluntas plenū
habet dominium. et dicitur huiuſcemodi actus
moralis a more prout mos importat inclinatio
nem naturalem vel quaſi naturalem ad aliquid
agendum. per quem modum etiam brutorū ani
malium dicuntur eſſe aliqui mores. ſic etiam ac-
cipitur in pſalmo. 67. vbi dicit᷑ qui habitare facit
vnius moris in domo. quia enim h̄moi actus ꝓ-
cedunt ex quadam liberi arbitrij inclinatione et
ex iudicio rationis talem inclinationem ordināte
et dirigente: ideo dicti ſunt actus morales qs
.S. Doc. frequenter vocat actus humanos pro
eodem capiens actum humanum et moralem.
vn̄ p̄ma. 2ᵉ. q. 18ᵃ. arti. 5°. in cor. dicunt᷑ inqt aliq
actus humani vel morales: ſm ꝙ ſunt a ratione

eo ꝙ bonū hominis ſit ſm rōnem eē ꝓut Dioni-
ſius inquit. 4° caplo ð diui. no. Et arti. 8°. actus
inquit omnis hēt ſpēm ab obiecto. et act⁹ huma
nus q̄ dicitur moralis habet ſpēm ab obiecto re-
lato ad ꝓncipiū actiuū humanū quod ē ratio. et
in hac ſecūda acceptione capitur act⁹ humanus
in nr̄a prima cōcluſione. vnde in ea nō includun
tur act⁹ q̄ a naturali appetitu ꝓcedūt quē nō gig-
nit imaginatio: ſed ipſa qualitatū naturaliū diſ-
poſitio q̄bus naturales vires actiones ſuas exer-
cent. huiuſcemodi ſiquidē mot⁹ appetit⁹ in nullo
rationi ſubiacet aut obedit neq̨ in eo peccatum
eſſe pōt. Itē nec cōcluſio nr̄a loquit̄ de actib⁹ ho-
minis q̄ abſq̨ deliberatione et abſq̨ impio rōnis
ad ſolā imaginationē vel a caſu fiūt ſicut eſt con-
fricare barbā aut ex impremeditato leuare feſtu
cam. nō enim huiuſcemodi act⁹ morales dicēdi
ſunt aut humani licet ſint hominis: cum id habe
ant act⁹ a rōne. vñ neq̨ boni ſunt neq̨ mali mo-
raliter ſed ſunt extra gen⁹ moris etiā ſm indiui-
duū ꝓut. S. T. notat ꝑma. 2ᵉ. q. 19ᵃ. ar. 9°. in. c.
Et in de malo. q. 2ᵃ. ar. 5°. in. c. ¶Ex quibus in-
ferimus ꝙ ad hoc ꝙ actus hominis dicant̄ ꝓprie
humani vel morales: nō ſufficit ꝙ ſubiaceāt do-
minio volūtatis qualitercūq̨: ſed exigit̄ ꝙ volū
tas habeat eoꝝ plenū et cōpletū dominiū. huiuſ
cemodi aūt actus ſunt ꝓut. S. T. docet ſupra in
hoc. 2°. diſti. 24ᵃ. q. 3ᵃ. ar. 2° in. coꝛ. illi q̄ ex im-
perio volūtatis et ex rōnis deliberatione proce-
dunt. ſup illos vero actus qui nō ꝑ imperium et rō
nis deliberationē fiūt volūtas cōpletū dominiū
non hēt quāuis eoꝝ ſingulos impedire poſſit et
quodāmodo volūtati ſubiaceant q̄ᵐ ad hoc qđ
eſt impediri vel nō impediri. et ideo vt ibi. S. T.
dicit in his actibus deoꝛdinatio rōnē peccati cau
ſat ſed incōplete. quāobrē leuiſſimuꝫ et veniale
contingit in illis peccatū et nō moꝛtale. vnde vt
ibi. S. T. inquit in reſpōſione ad. 2ᵐ. hoꝝ actuū
volūtas nō eſt cauſa p ſe ſed quaſi p accidens. ſi-
cut aliquis p accidens dicitur facere id quod non
impedit cum ipedire poſſit. et adhuc magis ſunt
extra imperiū rōnis et dominiū voluntatis ac p
hoc et extra gen⁹ moris: ſubiti motus qui abſq̨
imaginatione q̄q̨ cōtingūt a caſu ſicut quidam
inebꝛoꝝū mot⁹ q̄ abſq̨ illoꝝ imaginatiōe imo ad
aliarū rerū imaginationem vel ſpeculationē ſu-
bito in nobis inſurgunt.

¶Secundo Notanduꝫ eſt p decla ratione ſecūde conclu
ſionis ꝙ vt Sanctus Thomas docet in queſtio-
nibus de virtutibus in cōmuni materia de cha-
ritate articulo. 11°. ad. 3ᵐ. aliud eſt aliqđ habitua-
liter referri in deū et aliud ē referri virtualit̄. habi
tualiter enim refert in deū: etiā qui nichil agit ne
ꝙ aliqđ intēdit ſicut doꝛmiēs dū tamē hēat hitū
ad talē relationē diſponentē et habilitantē. ex eo
enim aliqs dicit̄ referre habitualiter vel ſe vel vi
tam aut oꝑationes ſuas in deū: quia habitū cha-
ritatis habet qui ē regula dirigēs nos et act⁹ no-
ſtros in deū. charitas eniꝫ vt Auguſtin⁹ dicit i li-
bꝛo de moꝛibus eccleſie: ē virt⁹ q̄ nos deo cōiun-
git. vnde et foꝛma et finis dicitur omniū virtutū
pro eo ꝙ actus omniū aliarū virtutum oꝛdinat
ad finē ſuū q̄ de⁹ eſt ꝛ oībus modū imponit. vir-
tualiter aūt referre aliqđ in deū: eſt agētis ꝓpter
finē oꝛdinatū in deū. cū enim aliqs ſeipſum oꝛdi
nat in deū ſicut in finē: in omnib⁹ q̄ ꝓpter ſeipm
facit: manet virtute intentio vltimi finis q̄ de⁹ ē.
vt eni. S. T. ibi deducit i reſpōſione ad. 2ᵐ. quē
admodū in efficiētibus cauſis virtus ꝑme cauſe
manet in omnib⁹ cauſis ſecūdis: ita et intētio ꝓn
cipalis finis virtute manet in omnib⁹ finibus ad
illū oꝛdinatis. quāobrē qui actu intēdit finē ſecū
dariū: virtute intēdit ꝓncipalē fineꝫ quāuis actu
de illo nō conſideret. ſicut medicus dum colligit
herbas: actu intendit conficere potionem nichil
foꝛtaſis de ſanitate cogitans: virtualiter tamē ſa
nitatē intēdit ꝓpter quā potionē ꝓpinat. hec il-
le. Ex quibus accipitur ꝙ virtualiter referre ali-
quid in aliud: ꝓſupponit ꝙ aliquando idipſuꝫ ex
plicite in ſe vel implicite in alio actualiter in illđ
retulerit. habitualiter vero referre aliqđ in aliud
non exigit actualem ipſius relationē in illud ſed
ſufficit habere habitum ad huiuſmodi actualem
relationē oꝛdinantē et diſponentem. vñ. S. T.
ſupra diſtin. 38ᵃ. arti. primo ad. 4ᵐ. ad hoc inq̄t
ꝙ alicui⁹ actionis finis ſit deus vel charitas: non
opoꝛtet ꝙ agendo illam actionem aliquis ð deo
vel charitate cogitet. neq̨ iteruꝫ ſufficit ꝙ aliqs
in habitu tm̄ deum et charitateꝫ habeat. quia ſic
etiam actum venialis peccati aliquis in deuꝫ oꝛ
dinaret quod falſum eſt. ſed opoꝛtet ꝙ prius fue
rit cogitatio de fine qui eſt charitas vel deus et
ꝙ ratio actiones ſequentes: in hunc finem oꝛdi-
nauerit: ita ꝙ rectitudo illius oꝛdinationis in a-
ctionibus ſequentibus ſaluetur. Idem in ſenten
tia dicit in hac diſtinctione. 40. articulo. 5°. ad
6ᵐ. et iſta relatio virtualis actuum humanoꝛuꝫ
in deuꝫ eſt que cadit ſub precepto illo Deutero.
6°. et Mathei vigeſimo ſecūdo. diliges dominū
deum tuum ex toto coꝛde tuo et ex tota anima
tua et c̄. iſto enim precepto mandatur nobis vt
tota noſtra intentio in deuꝫ feratur et omnis ap
petitus noſter et actio interioꝛ ſalicet et exte-

rior ſm deū reguleť et ad deū ordineť prout. S. Tho. notat. 2ª. 2ᵉ. q. 44ª. arti. 5°. Et pma. 2ᵉ. q. 100. ar. 10. ad. 2ᵐ. ſub precepto inquit charitatis continet vt diligať de⁹ ex toto corde. ad qđ ptinet vt oīa referanť in deū. et ideo preceptuȝ charitatis implere homo nō pōt niſi etiā oīa referanť in deū. hec aūt omnia comprehēdit Apl's pma corin. 10. cū dicit omnia in gl'iam dei facite.

¶ Aduertendū tñ put. S. T. docet in hac diſtin. arti. 5°. ad. 7ᵐ. ꝙ huiuſmodi verba aplī dupliciť poſſunt intelligi affirmatiue. ſ. vel negatiue. ſi negatiue: ſenſus eſt nichil cōtra deū faciatis: et iſto modo verba aplī habēt vim pcepti. ſi autē affirmatiue intelligāť: ſenſus eſt ꝙ omnia opa noſtra ꝑpter gl'iam dei fiāt vel ad dei gloriā referantur. qđ ſi de virtuali relatione dictū accipiať: vim precepti habet. ſi vero de actuali relatione capiatur vt. ſ. ſemp actu omnia opa noſtra ad dei gloriam referanť: preceptū nō eſt nec cōſiliū ſed finis precepti ad quod p impletioneȝ pceptoꝝ pueniť qđ erit in patria. veruntamē qualitercūꝙ affirmatiue apl'i verba exponanť: intelligi debēt de opib⁹ deliberate voluntatis. quoniā hm̄oi opera ꝑpe noſtra dici poſſunt.

¶ Tertio Pro intellectu quorundaȝ verboꝝ. S. T. in hac diſtin. arti. 5°. in cor. quib⁹ dicit ꝙ ſi aliquod ſubiectum nō eſt ſuſceptiuū alicui⁹ bonitatis: neꝙ etiā ſuſceptiuū eſt oppoſite ſibi malicie et puationis: notādum ē ꝙ vt accipiť ex doctrina phi. 5° metha⁰ et in poſt predicamētis: priuatio eſt negatio i ſubiecto apto nato ad formā vel habitū cui⁹ eſt priuatio. ita ꝙ idē ſubiectū eſt priuationis et hītus vel forme: et vtriuſꝙ ſuſceptibile. vnde nō ſunt ꝑpie et pfecte puatiue oppoſita quorū alterum ineſt ſubiecto a natura et inſeparabiliter ſaltē reſpectu talis ſubiecti. ꝑpter quod corruptibile et incorruptibile ſm ſubſtātiā: nō ſunt ꝑprie puatiue oppoſita reſpectu angeloꝝ et celi. quia alteruȝ. ſ. incorruptibile ineſt ſubiecto inſeparabiliter a natura. dicunť autē huiuſcemodi puatiue oppoſita ſm rationes generales. queadmodū ens ⁊ nō ens ſunt contradictorie oppoſita q̄ᵐ ad rationes generales: ſed non ſemp quibuſlibet reb⁹ applicata. non eni ens homo et nō ens leo: cōtradictorie opponunť. Itē eſt aduertēdū ꝙ nō ſolū puatiue oppoſitoꝝ eſt idē ſubm et vtriuſꝙ ſuſceptibile ſed etiā vtriuſꝙ ē in ſubo eadē capacitatis radix et fundamētū ꝑmū ad vtriuſꝙ receptionē alterius. ſ. forme et habitus p ſui preſentiam: alterius vero p ſui abſentiā. ſicut eadē diſpoſitio organi et humoꝝ cōmēſuratio eſt in oculo q̄ preſente eſt ſuſceptiuū viſus: et qua abſente eſt cecitatis ſuſceptiuus. illa ergo nō ſunt ꝑpe et pfecte oppoſita puatiua neꝙ ſe habēt ꝑpe ſicut habit⁹ et puatio: quoꝝ non eſt in ſubiecto eadem radix capacitatis et ꝑmū fundamentum ſuſceptibilitatis vtriuſꝙ modo expoſito. Ex his ergo dicimus ꝙ verba ſupra inducta. S. Doc. intelligēda ſunt ð illis q̄ ꝑprie et pfecte q̄ᵐ ad duo ptacta: ſunt priuatiue oppoſita. queadmodū bonū morale ⁊ malū morale reſpectu humanoꝝ actuū ſȝ indiuiduum de q̄bus erat ibi ei⁹ ꝑpoſituȝ. vñ quia pdicte cōdiciones neceſſario requiſite ad ꝑpe et pfecte priuatiue oppoſita nō reperiunť in actib⁹ humanis reſpectu meriti et demeriti: ideo meritorium et demeritoriū nō ſunt ꝑprie et cōplete puatiue oppoſita. ac p hoc i illis nō tenet regula. S. Doc. ſupra poſita ð puatiue oppoſitis ꝙ. ſ. nō eſt aliqđ ſuſceptibile vni⁹ quod nō eſt alteri⁹ ſuſceptibile.

¶ Qđ aūt in merito ⁊ demerito ſeu meritorio et ðmeritorio deficiāt cōdiciones pdicte: ꝑbať. de pma quia actus human⁹ bon⁹ pfecte bonitate morali ē ſubm ſuſceptibile meriti. et q2 hm̄oi ſuſceptibilitas ineſt illi ex ei⁹ natura inſepabiliter: nō ē ſuſceptibilis puationis demeriti. demuȝ ꝑbatur de ſecūda. q2 meriti et demeriti quāuis ſit idē ſubiectū remotū. ſ. homo vel intellectualis natura: et tñ nō eſt idē ſubm ꝑmū ſuſceptibile vtriuſꝙ. nō eni ē idē act⁹ human⁹ ſȝ indiuiduū capax meriti et demeriti. nā capax ⁊ ſuſceptibilis meriti: eſt act⁹ bon⁹ et pfect⁹ bonitate morali. talis āt act⁹ vt ſic: capax nō eſt demeriti. Itē neꝙ in actu humano eadē ē capacitas et capacitatis radix reſpectu meriti et reſpectu demeriti. nā radix capacitatis meriti: eſt gr̄a gratū faciēs p cui⁹ preſentiā act⁹ human⁹ informat⁹: ſit meritorius. ſed radix capacitatis demeriti nō ē p ſe et directe abſentia gratie gratū faciētis ſed deordinatio actus circa obiectū aut finē vel circunſtātias. non eni vl'r loquēdo ex eo act⁹ human⁹ eſt demeritori⁹ q2 caret gr̄a informāte alioquin oīs act⁹ moraliter bon⁹ in nō habēte gr̄am eēt demeritori⁹ et pctm̄ quod ē falſum imo ē indifferēs ad meritū et ðmeritū q2. ſ. nec ē meritorius nec demeritorius.

Quātum ad articulū quartū rn̄dēdū ē obiectionib⁹ aduerſarioꝝ. Et qdē ad pmū Scoti cōtra pmā cōcluſionē pȝ rn̄ſio ex his q̄ dicta ſunt in primo notabili. eſt eni minor falſa nā nō requiritur ad actū bonum moraliter ꝙ ꝑcedat ex hītu virtutis capiēdo actū bonuȝ moralit' in ſecūda ac-

ceptione ibi poſita ſm quã intelligit̃ nr̃a pͥma cõcluſio vt ibi dictũ fuit. ¶Ad. 2m qđ eſt Durandi rñdetur ꝙ maior ꝓpoſitio hẽt veritatẽ vbi inueniũt dominiũ rõnis et volũtatis cõpletũ. q̃le dominiũ nõ repit̃ in actib' nõ deliberatis ſeu deliberationẽ pueniẽtib' vt in pͥmo notabili deductum fuit. ¶Ad argumẽta cõtra ſecũdã ꝯcluſionẽ. Ad primũ Scoti dr̃ ꝙ deductio ipſi' nichil ꝓbat cõtra nr̃az cõcluſionẽ vſq3 ad illã partẽ vbi dicit̃ ꝙ actus hoĩs exiſtis in gr̃a nõ relati actualit̃ nec virtualit̃ in deũ ſunt indifferẽtes: q2 nõ hñt ſufficientem rõnem malicie ptinẽtẽ ad pctm̃ mortale aut veniale. iſtud eñi dictũ eſt falſum cũ ſua ꝓbatione. qm̃ ſicut deductũ fuit in ſecũdo notabili: homo tenet̃ ex vi pcepti referre ſaltẽ virtualit̃ oẽs actus ſuos in deũ. vñ act' ſingularis hoĩs in deũ nõ relati virtualit̃ ſufficiẽtẽ maliciam hñt vt ſint peccata. vñ argumẽtũ ꝓcedit ex falſis. ¶Ad. 2m qđ eſt Durãdi p3 rñſio ex his q̃ dicta ſũt in tertio notabili. vbi deductũ fuit ꝙ meritũ et demeritũ ſeu meritoriũ et demeritoriũ nõ ſunt ꝓprie et cõplete pͥuatiue oppoſita: de qb' debet intelligi regula poſita a. S. Doc. ꝙ. ſ. non eſt ſuſceptiuum pͥuationis qđ nõ eſt ſuſceptiuũ forme vel habitus. ¶Ad. 3m dr̃ ꝙ aſſumptum eſt falſum imo rõ. S. Doc. ſufficiẽter ꝓbat intẽtũ. neq3 valet qđ arguens obijcit. nã ad hoc ꝙ act' bon' moralit̃ ſit meritori': nõ exigit̃ ꝙ ſemp actu ordinet̃ ad finem charitatis ſ3 ſufficit ꝙ virtualiter ordinet̃ qđ facit oĩs habẽs charitatem. alias peccaret mortaliter faciẽs contra pͥceptũ illud charitatis: diliges dñm deũ tuũ3 ex toto corde tuo et c̃. vt in tertio notabili dictũ fuit. vñ in habẽte gr̃am oĩa virtutĩ opa ordinant̃ in deũ virtualit̃. quid aũt ſit actu3 virtualit̃ ordinare et qđ hituualiter: dictũ ẽ in tertio notabili. ¶Ad. 4m dr̃ ad minorẽ ꝙ eſt falſa. qm̃ in habẽte gr̃am nõ ſolum gr̃a eſt cõcomitãs act' ei' moraliter bonos ſed ẽ informãs nõ ſemp actualit̃ ſed ſemp ꝟtualiter ꝑ hoc ꝙ hñs gratiam ex vi et motione gratie aliqñ ordinauit ſe et oẽs act' ſuos in deũ ſicut in vltimũ finẽ. ¶Ad. 5m dr̃ ꝙ ꝓcedit ex falſo ſuppoſito. ſ. ꝙ in habente gr̃am nõ omnis act' moraliter bon' ſit debit' ordinari in aliquẽ finẽ. nã vt ſepe dictũ eſt ⁊ pͥferti in tertio notabili: oĩs huiuſcemodi act' ex vi precepti debet ordinari in finẽ vltimũ charitatis. et nõ eſſet act' ꝟtutis moralis ſi in aliquẽ finem nõ ordinaret̃. nã omnis act' virtutis moralis ꝓcedit ex deliberatione rõnis et ex volũtatis electione: cu3 virtus moralis ſit habitus electiuus vt phs docet. 2° ethi. electio aũt cum ſit de his q̃ ſunt ad finem: pͥſupponit aliquẽ finem. Neq3 valet ꝓbatio nes arguẽtis. nõ prima nã aſſumit falſu3 in minore. nõ enim ſupererogationis eſt in habẽte charitatem ordinare ſaltẽ virtualiter omne3 actum virtutis ad finẽ virtutis: imo ẽ pͥcepti neceſſitas. et ad ipſius minoris ꝓbationẽ dicitur ꝙ ꝓcedit đ ordinatione actuali q̃ nõ ſemper eſt neceſſitatĩ. nos autem loquimur de ordinatione virtuali. vñ ꝓbatio nõ eſt ad ꝓpoſitũ. ¶Ad. 2am ꝓbationẽ dicit̃ ꝙ minor eſt falſa. et ad ei' ꝓbationem dicit̃ ꝙ nos verũ reputam' quod arguẽs ꝑ incõueniẽti adducit loquẽdo de ordinatione et relatione virtuali. vt enim. S. T. dicit pͥma. 2e. q. 100. ar. 10. ad. 2m. qui honorat parentes: tenet̃ ex charitate honorare. nõ ex vi huius pͥcepti qđ eſt honorare parẽtes: ſed ex vi huius pͥcepti. diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo. ¶Ad confirmationem cõcedimus totã deductionẽ et ꝙ exiſtens ſine gr̃a tenetur act' ſuos referre et ordinare virtualiter in vltimu3 finẽ qui deus eſt ſicut tenetur exiſtens in gr̃a. vnde arguẽs non bene aduertit mentẽ. S. Tho. cũ dicit ipm concedere ꝙ ille qui eſt ſine gr̃a nõ tenet̃ dirigere et ordinare act' ſuos in vltimũ finẽ. certe fallitur q2 imo cõtrarium tenet et docet ſicut p3 pͥma. 2e. in loco ꝓxime allegato. Et in hac diſtin. arti. 5°. ad. 6m. et. 7m. ¶Ad argumẽtũ ante oppoſitu3 reſpõdet. S. T. pͥma. 2e. q. 18a. arti. 9°. ad pͥmũ. ꝙ aliquẽ actum eẽ indifferentem ſm ſuã ſpẽm poteſt eſſe multipliciter. vno modo ſic ꝙ ex ſua ſpecie đbeat̃ ei ꝙ ſit indifferens: et ſic ꝓcedit ratio: ſed tamen iſto modo nullus actus ex ſua ſpecie eſt indifferens. non eñi eſt aliquod obm̃ humani act' quod non poſſit ordinari vel ad malũ vel ad bonum ꝑ finẽ vel circunſtantiã. alio modo põt dici indifferens ex ſua ſpecie quia nõ habet ex ſua ſpecie ꝙ ſit bonus vel malus. vñ ꝑ aliquod aliud põt fieri bon' vel malus. ſicut homo non habet ex ſua ſpecie ꝙ ſit albus vel niger: nec tamen habet ex ſua ſpecie ꝙ non ſit albus aut niger. põt eñi albedo vel nigredo ſuuenire homini aliũde q̃ a pͥncipijs ſpeciei. et iſto modo licet aliqui actus ex ſua ſpẽ ſint indifferentes: non inde ſequitur ꝙ ſint indifferẽtes ſm indiuiduum: quia vt ſic determinari poſſunt ex fine et ex circunſtãtijs. Et in hoc articul' terminatur.

G

## ¶ Diſtinctio. xlj.

Jrca quadrageſimã pmã diſtinctionẽ q̃ritur vtrũ quelibꝫ actio hoĩs iſidelis ſit pctm̃. et arguitur ꝙ ſic. qꝛ fides intẽtionẽ dirigit. ſꝫ nullũ bonum eſt qꝺ nõ ẽ ex itẽtiõe recta. ergo in iſidelibꝰ nulla actio põt eſſe bona. ¶ Jn oppoſitũ arguit̃ ſic. qꝛ cornelio adhuc exiſtẽte infideli dictũ eſt ꝙ accepte erãt deo elemoſine eiꝰ. ergo nõ omnis actio infidelis ẽ peccatũ ſed aliq̃ eſt bona. ¶ Jn hac q̃ſtione erunt quattuoꝛ articuli vt ſupra.

Quantum ad articulũ primũ ſit iſta concluſio. ꝙ non omnis actio hoĩs infidelis eſt pctm̃ culpabile. Hãc cõcluſionem tenet. S. T. in hac diſti. q. pma. ar. 2°. Et. 4° ſen. diſ. 39. ar. 2°. ad. 5m. Jtẽ 2a. 2e. q. 10a. ar. 4°. Et in poſtilla ſup illud. Ro. 14°. omne quod nõ eſt ex fide: peccatum eſt.

Quantum ad articulũ ſecundũ arguit̃ cõtra pdicta. vnde Gregoriꝰ de arimino nitit̃ pbare ꝙ nullus actꝰ hominũ ſimplicit̃ infideliũ: eſt bonus moraliter. dico aũt inquit ſimplicit̃ infideliũ: ad excludẽdũ ſciſmaticos et hereticos et cathecuminos q̇ aliquo modo credunt et aliquali fide cognoſcũt deũ. Arguit igit̃ ſic. nullꝰ talis actꝰ fit ex dilectiõe dei aut ppter deũ vltimate cũ ipſi nõ cognoſcãt ipm ee ppter ſe diligẽdũ et cetera ppter ipſum. igit̃ nullus fit intẽtione recta: ac p hoc nec ꝟtuoſe ſeu bene moralit̃. hec rõ q̃ſi tota ponitur ab Auguſ. ſup pſal. 67. d. ea q̇ppe ſola bona opa dicẽda ſunt: que fiunt per dilectionẽ dei. hãc aũt neceſſe ẽ vt antecedat fides. vt inde iſta: non ab iſtis incipiat illa. qm̃ nullus opat̃ p dilectionem dei niſi pus credat in deũ. Jtẽ ſup pſalmũ. 31. nemo inq̇t cõputet bona ſua ante fidẽ. vbi fides nõ erat: bonũ opꝰ nõ erat. bonũ eni opus: intẽtio facit. intẽtionẽ dirigit fides. ¶ 2°. qꝛ ſi actꝰ infidelium eſſent vere virtuoſi: vtiqꝫ in eis eſſent vere virtutes. nã ex virtuoſis actibꝰ virtutũ habitus generant̃. ſed ꝯñs eſt falſũ ſm intẽtionẽ bti Auguſtini. 4° cõtra iulianũ vbi p multa capitula pbat oppoſitũ. Jn de ciuitate dei etiã libro. 5°. ca°. 19°. dicit ꝙ cõſtare debet iter nos veraciter pios neminẽ ſine vera pietate. i. ſine veri dei cultu: verã poſſe hr̃e virtutẽ. Et libro. 9°. caplo. 4° dicit ꝙ vere ꝟtutes niſi in eis quibꝰ vera pietas ineſt: ineſſe nõ poſſunt. Jnſup in libro de cõtinẽtia circa finẽ ait. nũquid eni cõtinẽtiã quã munꝰ dei veriſſime dicimꝰ: dicturi ſumus eſſe peccatũ: abſit a nr̃is cordibꝰ tã deteſtãda demẽtia. btũs autem apl's ait. om̃e qꝺ nõ eſt ex fide: pctm̃ eſt. q̃ ergo fidem nõ hẽt: nec cõtinẽtia nominãda ẽ. et ſicut de cõtinẽtia ſpecialit̃: ita de q̃libet ꝟtute morali põt generalit̃ pbari. ¶ 3° qꝛ in libro ꝺ vera inocẽtia. om̃is inquit infideliũ vita pctm̃ eſt. et nichil ẽ bonũ ſine ſũmo bono. vbi eni deeſt agnitio eterne et incõmutabilis veritatis: falſa virtꝰ eſt etiã in optimis moribꝰ. i. q̇ optimi videt̃. ¶ 4° qꝛ cũ Auguſti. in libro de ordine huiꝰ oppoſitũ aliq̃lit̃ inuiſſet: poſtea in pmo retractationuꝫ caplo 3° illꝺ reuocãs ait. diſplicet mihi ꝙ phos nõ vera pietate pditos dixi ꝟtutꝫ luce fulſiſſe. ¶ 5° quia Beda cõtra Julianũ caplo. 13°. dicit Auguſ. ſequẽs. cõſtat ꝙ quicũqꝫ phoꝝ Chriſtũ dei ꝟtutẽ et dei ſapiẽtiã neſcierũt: hi nullã verã virtutẽ ſicut neqꝫ veram ſapiẽtiã hr̃e vlla rõne potuerũt. ¶ 6°. qꝛ liconiẽſis in ſuo ſermone de aduẽtu q̇ incipit. erũt ſigna in ſole ꝛc. ait ſic. in doctrina quoqꝫ morali phoꝝ et in cõuerſatione multoꝝ gentiliũ vt ſcipionum et affricanorũ videbant̃ lucere ſplẽdide ſtelle virtutũ ſed nũc vere manifeſtũ eſt ꝙ ſine fide Chriſti: nulla ẽ vera ꝟtus in alicuiꝰ doctrina ſeu conuerſatione. et hoc ipm dicit ſenſiſſe Auguſ. in ſuo enchi. caplo. 37. vbi tractãs de q̃ttuoꝛ ꝟtutibus cardinalibꝰ et q̃rẽs an catho et ſcipiones eas virtutes habuerũt: ait ſic. Cõcedimꝰ cũ Auguſtino ꝙ ſine fide Chriſti ieſu nullꝰ vnq̃ꝫ habuit aut hr̃e potuit verã virtutẽ. et pbat imediate ſic. nõ eni põt eſſe amoꝛ ordinatꝰ vbi cõtẽnit̃ aut nõ amatur qꝺ maxime amãdũ eſt. cũ vero nõ amat̃ niſi qꝺ ſcitur aut credit̃: patet ꝙ qui neſcit aut nõ credit dñm ieſum xp̃m: nõ amat aut cõtẽnit qꝺ maxime amãdũ eſt. quapropt̃ in tali nõ eſt virtus. Qꝺ etiã pbat Auguſ. talibꝰ argumẽtis ſic dicẽs. abſit vt in aliq̇ ſit vera virtꝰ niſi ſit iuſtus. ex q̇bꝰ patet ppoſitũ. qm̃ ſi ſine fide Jeſu xp̃i non põt eẽ amoꝛ ordinatꝰ vt ipſe vult: igit̃ nec actꝰ moralr̃ bonꝰ. qm̃ om̃is actꝰ virtuoſus ẽ amoꝛ ordinatus vel ipꝫ neceſſario ſupponẽs. ¶ 7°. nullꝰ infidelis põt actu vel hr̃tu diligere deuꝫ ppter ſe. i. ppter

ipſum deũ. igitur nõ poteſt aliquid diligere vel
velle vltimate ꝓpter deũ. igitur non põt hr̃e ali
quẽ actũ moralẽ non culpabilẽ. antecedẽs patet
per Auguſ. libro. 5°. cõtra iulianũ caplo. 5° vbi ſic
ait. quãdo deo donãte ex vera viuit͛ fide: ipſe de⁹
adeſt et mẽti illuminãde et cõcupiſcentie ſuperã-
de et moleſtie ꝑferẽde. hoc enim totum recte fit
quãdo fit ꝓpter ipſum. i. quãdo gratis amat͛ ipe.
qualis amor nobis eſſe non põt niſi ex ipſo. ecce
hic habet͛ ꝙ amor quo de⁹ gratis amatur ꝗ vtiq;
ille eſt tm̃ quo de⁹ diligitur ꝓpter ſe: non põt eſſe
in nobis niſi ſit ab ipſo et cũ fide. cõſequentia etiã
patet ex eadẽ auctoritate Auguſ. ꝑ illã enim ex-
poſitionẽ. i. quãdo gratis amat͛: datur intelligi ꝙ
tunc tm̃ aliquid fit ꝓpter deũ qñ gratis amatur
deus. i. ꝓpter ſeipm̃. patet etiã rõne. qm̃ aliqd di
ligi ꝓpter deũ: non ẽ aliud ꝙ̃ diligi q2 diligit͛ de⁹.
ſic igitur aliquẽ velle vel agere aliquid ꝓpt͛ deu3
vltimate: eſt ipm̃ illud velle q2 diligit deũ ꝓpter
ſe. ergo ſi quis deũ diligit nõ ꝓpter ſe: nichil agit
vel vult vltimate ꝓpter deũ. ꝯña etiã ſecũda ꝓ-
batur ex eadẽ auctoritate ſi vadat͛ ad mentẽ Au
guſti. in eo ꝙ ait. hoc totũ recte fit et c̃. vbi nõ eſt
dubiũ eum intẽdere ꝙ tunc ſolum recte fit: qñ fit
ꝓpter deũ. patet etiã rõne. qm̃ nullus act⁹ mora
lis non ordinat⁹ in deum finaliter ſeu nõ factus
ꝓpter deũ: eſt fact⁹ ꝓpter illud ꝓpter qd̃ debet
fieri: et ꝑ cõſequẽs vitupabilis et culpabilis eẽ cẽ
ſetur. aſſumptũ ꝓbat͛ ꝑ Auguſ. in libro de mori-
bus eccleſie caplo 8°. vbi a ꝓpoſito inquirit quis
debet eſſe finis omniũ actuũ noſtroꝝ. d. Audia-
mus quẽ finẽ3 bonoꝝ nobis Chriſtus preſcribat.
nec eſt dubiũ quin is erit finis quo nos ſũmo amo
re tendere iubet. diliges inquit dñm deum tuu3
et c̃. et ſubdit. eo eſt omnino tendendũ. ad id cõ-
ſilia nr̃a referenda. bonoꝝ ſũmũ nobis deus ẽ. ne
q; infra nobis remanendũ eſt: neq; vltra queren
dum alterũ niſi periculoſum. alterũ nullũ ẽ. Jte3
15° caplo. nõ arbitror cũ de morib⁹ et vita ſit quo
amplius eſſe requirẽdum quid ſit ſũmũ hominis
bonum quo referẽda ſunt omnia. id eni eſſe patu
it et ratione ꝙ̃m valuimus. et ea que rõni noſtre
antecellit auctoritate diuina: nichil aliud ꝙ̃ ipm̃
deum. hec eſt rõ eius cõtra iulianũ li°. 4°. ca°. 11°
moueris itaq; nõ officijs ſed finib⁹: a vicijs diſcer
nendas eſſe virtutes. officiũ autẽ eſt quod facien
du3 eſt. cũ itaq; aliqd facit homo vbi peccare nõ
videtur: ſi nõ ꝓpter hoc facit ꝓpter quod facere
debet: peccare conuincitur. Et conſequẽter oſtẽ-
dens quis debet eſſe finis actuum noſtrorum.
abſit inqt vt vere virtutes alicui ſeruiant niſi illi
cui dicitur. domine deus virtutum conuerte nos.

pro inde virtutes que in carnalibus delectatio-
nibus vel quibuſcũq; cõmodis et emolumentis
temporalibus ſeruiunt: vere prorſus eſſe nõ poſ
ſunt. que autẽ nulli rei ſeruire volunt: nec ipſe ve
re ſunt. vere quippe virtutes deo ſeruiunt in an-
gelis a quo donant͛ hominibus et angelis. quic-
quid aũt boni fit ab homine et non ꝓpter hoc nõ
fit ꝓpter quod fieri debere vera ſapiẽtia ꝓcipit.
et ſi officio videatur bonũ: ipſo nõ recto fine pec
catum ẽ. ex his patet ꝙ quicqd homo agat vlti-
mate ꝓpter aliud ꝙ̃ ꝓpter deũ: peccatũ eſt. ac ꝑ
hoc actus ei⁹ culpabilis eſt. ¶ 8° q2 Auguſ. 19. de
ciuitate dei caplo. 25. ſic dicit. ꝟtutes quas mẽs
ſibi habere videt͛ ꝓpter quas imperat corpori ⁊
vitijs: ad quodlibet cõcupiſcendũ vel tenendũ
retulerit niſi ad deũ: etiã ipſe vitia ſunt potius ꝙ̃
ꝟtutes. nã licet tunc vere honeſteq; putent͛ qui
buſdam cũ referunt͛ ad ſeipſas nec propter aliud
expetunt͛: etia3 tunc inflate atq; ſuperbe ſunt. et
ideo nõ ꝟtutes ſed vitia iudicãda ſunt. cum igit͛
infidelis actus ſuos nõ referat in deũ quem igno
rat: ſequit͛ ꝙ tales act⁹ quãtũcũq; videant͛ boni:
ſunt peccata. ¶ 9°. q2 Auguſ. cõtra iulianum li°
4°. caplo. 15° reſpondens argumẽto iuliani pro
bantis gentiles habuiſſe veras virtutes pro eo
ꝙ ſm verbum apli naturaliter ea que legis ſunt
faciunt: inter cetera reſpondet. eſto ꝙ verbũ apo
ſtoli acciperetur tanq̃ dictũ de gentilib⁹ non cre
dentib⁹: non tamẽ ex eo cõuincitur ꝙ habuerint
veras ꝟtutes. qm̃ faciendo ea ꝗ legis ſunt pecca-
bant eo ꝙ nõ ꝓpter debitũ finẽ faciebãt. vñ ait.
hec tamẽ peccãtes ꝙ homines ſine fide nõ ad eũ
finem opa iſta retulerũt ad quẽ referre debuerũt.
et nullo interpoſito addit. min⁹ enim fabritius ꝙ̃
catilina puniet͛. non q2 iſte bonus ſed q2 ille ma-
gis malus et min⁹ ipius ꝙ̃ catilina fabritius non
veras virtutes habẽdo ſed a veris virtutib⁹ nõ
plurimũ deuiando: fabritiũ hic ponit pro his qui
opa legis faciebant: catilinã vero pro his ꝗ age-
bãt cõtraria legi. Et patet clare ꝓpoſitũ ꝙ actus
facti ſine circunſtãtia debiti finis: non ſunt dicen
di virtuoſi ſed peccata et mali licet ſint min⁹ ma-
li. vnde fabritiũ et catilinã dicit malos et punien
dos. et fabritiũ negat bonũ ſed eum dicit minus
malum: aliũ autẽ magis malũ: neutrũq; habuiſ-
ſe veras virtutes ſed alterũ minus a veris virtu-
tibus deuiaſſe. ¶ 10. quia ad hoc ꝙ actus ſit ma-
lus moraliter: ſufficit carentia circunſtantie debi
ti finis: nec requiritur poſitio finis oppoſiti. quia
quacũq; circunſtantia debita actus careat: ipſe ẽ
malus. Auguſ. enim in premiſſis ad maliciã act⁹
inferendũ: pro antecedente recte aſſumit ſolã ne

gationem ſeu carentiã debiti finis. que probatio nulla eſſet: niſi talis negatio ſufficeret ad hoc ꝙ actus ſit malꝰ. Inſuꝑ tamẽ hoc ꝓbatur euidenti ratione. nam ſi det̃ oppoſituꝫ: ſequitur ꝙ quicũqꝫ agit aliquod bonũ ex genere vel officio ideſt aliquid qđ eſt agẽdũ et hoc agat ꝓpter bonũ nomẽ ſeu famã habendam in ꝓpoſito vel ꝓpter honorem aut diuitias vltimate figendo greſſum ſue intentionis nec vlterius referẽdo illa in aliũ fineꝫ actu nec habitu virtuoſe agat et nõ male nec culpabiliter. ſed hoc ẽ certiſſime oppoſitũ cõmuni doctrine ſanctoꝝ vt clarũ eſt et nõ ſolũ doctrine eorum imo etiã philoſophoꝝ. vnde Ariſtotiles. 3° ethi. capł̃o. 10. expreſſe determinat ꝙ tales q̃ ꝓpter honoris adeptioneꝫ vel fugã obprobrij ſuſtinent pericula in defenſione ciuitatis: nõ ſunt vere fortes quãuis magis aſſimilent̃ qꝫ hi q̃ propter alios fines minus bonos ſimiliter agunt quoruꝫ genera plura diſtinguit ibidẽ. Itẽ. 4°. ethi. c. 2° dicit ꝙ liberalis non honorat. i. nõ amat diuitias ꝓpter ipſas diuitias: ſed gr̃a dationis. et paulo ante dicit ꝙ ipſe dabit vbi bonuꝫ. ſuꝑ quo ait euſtratiꝰ ꝙ qui gr̃a honoris vel glorie vel venatione maioris lucri dat: nõ eſt liberalis. ſed ꝯñ̃a ẽ euidens. nã nullũ taliũ eſt oppoſituꝫ fini vltimo nec bono fini. quinimo qđlibet eſt quoddaꝫ bonũ qđ põt rõnabiliter appeti eẽ finis ſub fine illo debito et vero vt certũ eſt. vñ ad agẽdũ ꝓ bona fama licet nõ vltimate ſcriptura monet dicẽs Eccle. 41 Curã habe de bono nomine. imo ẜm Auguſ. in epiſtola ad albiã: p̃latus ꝓpter eos quibꝰ in exẽplum eẽ debet: etiã corporali vite famã p̃ponere debet. honores etiã pñt rationabilit̃ appeti a maioribꝰ quibus oportet alios eſſe ſubiectos. et ẜm Ariſto. magnanimꝰ in magnis et ſtudioſis honoribꝰ moderate delectat̃. et dicit ꝙ honor eſt maximũ exterioꝝ bonoꝝ. ꝙ etiaꝫ diuitie nõ ſint male ſed bone: idẽ ponit. 4° ethi. capł̃o. p̃mo. et circa ipſas ponit eſſe v̾tutẽ liberalitatis. ẜm theologiam etiã nõ habet dubiũ alias nullus poſſꝫ eas licite poſſidere qđ eſt erroneũ et dãnatuꝫ. Forte dicet̃ ꝙ tales male agunt quia agunt ꝓpter malum finem. ſ. ꝓpter inanẽ gloriã vel ambitionem aut auariciã q̃ omnino ſunt mala. ſed hoc nõ valet. quia licet is qui ex actu ſuo vltimate querit famam peccet peccato quod dicitur inanis glorie: non tamen illud finaliter intendit ſed famã ipſaꝫ que non eſt inanis gloria ſic loquendo de inani gloria que eſt peccatum. et magis ꝓprie diceret̃ amor inanis glorie ſeu vane ꝓpter ſeipſam ſi eſt obiectum eius. licet in alio ſenſu poſſet dici inanis gloria quia. ſ. eſt inſtabilis et tranſitoria. qui etiam querit honorem: non habet pro fine ambitionem: ſed potius talis appetitus eſt ambitio. nec qui querit diuitias: habet pro fine auariciaꝫ ſed eius queſtus vel deſideriũ vtiqꝫ auaricia eſt. vnde in nullo caſu predictoruꝫ põt aſſignari circunſtantia alicuiꝰ mali finis ad ſenſum huius rõnis loquendo de malo fine. ſ. qui eſt oppoſitꝰ vltimo fini nec poſſibilis rationabiliter queri ꝓpter illum ita vt ſit finis ſub vero fine. põt tamen bene dici ꝙ ibi eſt circunſtãtia mali finis ad hũc ſenſum: ꝙ illud ꝓpter ſe finaliter querit̃ quod deberet non ꝓpter ſe ſed ꝓpter aliud queri. et ideo p̃ciſe dicit̃ malus quia nõ in aliuꝫ ſicut debet ordinatur. vñ hoc ſolo poſito ꝙ ordinaret̃ in deum ⁊ ꝓpter illũ quereret̃ ille actꝰ: non eſſet malus nec diceretur habere malũ finem. ſed hoc confirmat ꝓpoſitũ. qꝛ ẜm hoc omnis actꝰ nõ relatꝰ vltimate in debitũ finẽ: quecũqꝫ finem habeat erit cum circunſtãtia mali finis ac ꝑ hoc malus et nõ virtuoſus. ¶ II°. nullus actꝰ factus cuꝫ intẽtione vitioſa ẽ moralit̃ bonꝰ: imo oĩs talis ẽ moralit̃ malꝰ et vitioſus. ſed quilibet actus hominis infidelis eſt hm̃oi. igit̃ et c̃. maior nota eſt. minor probat̃ ex tribus fundamẽtis quorũ primũ eſt ꝙ illa ſola eſt recta intentio ſeu bona moraliter: qua ꝓpter ſe diligit̃ quod ꝓpter ſe diligendũ eſt ſeu volendum. vtamur enĩ large dilectione ꝓut omnis volitio dicitur dilectio. quelibet autem qua diligit̃ quod diligendũ non eſt vel ꝓpter ſe diligitur qđ non ẽ ꝓpter ſe diligendum: eſt mala. probat̃ hoc fundamentũ. quia quelibet talis eſt deformis et deuians a recta rõne. nam recta ratio quod non eſt diligenduꝫ dicit nõ eſſe diligendum: et quod eſt diligendum non propter ſe ſed propter aliud dicit nõ diligendũ ꝓpter ſe ſed ꝓpter aliud alias ipſa non eſſet recta ſed errãs. Cũ ergo omni intẽtiõe aliquid ꝓpter ſe diligatur vt patet ex deſcriptione intẽtionis: omnis intẽtio qua diligitur aliquid non ꝓpter ſe diligendũ: eſt diſcordans a ratione recta: ac ꝑ hoc mala et vitioſa. Secundũ fundamentũ eſt ꝙ omnis intẽtio opantis q̃ aliq̃d aliud a deo intẽdit̃. i. ꝓpter ſe nõ ꝓpter aliud diligitur eſt mala et vitioſa: ꝓbatur ſic. omne diligibile aliud a deo: eſt nõ ꝓpter ſe diligendũ. igit̃ omnis intẽtio opantis q̃ aliquid aliud a deo intẽditur eſt mala. cõſequẽtia patet. qꝛ ſi omne aliud a deo eſt nõ ꝓpter ſe diligendũ: ſiue ipſum ſit diligendũ ſiue non ſit diligendũ qualia ſunt multa diligibilia: nõ enim omne diligibile ẽ diligenduꝫ omni intẽtione qua aliq̃d aliud a deo intenditur diligit̃ ꝓpter ſe aliq̃d nõ ꝓpter ſe diligẽdũ. igitur omnis talis intentio ẽ mala. et pꝫ hec cõſequẽtia

ex primo fundamēto. antecedēs ꝓbatur ſic. nul=
lum diligibile aliud a deo eſt ſūme diligendū. igi
tur omne diligibile aliud a deo eſt nō ꝓpter ſe di
ligendū. antecedēs pꝫ. qꝛ quolibet alio diligibili:
deꝰ eſt ampliꝰ diligendꝰ ſm omnē doctrinā ſan=
ctoꝝ et catholicoꝝ. ſed ꝯñam ꝓbo. ſi enim aliqđ
diligibile aliud a deo eſt ꝓpter ſe diligendū: igiť
aliquid nō ſūme diligenduꝫ rationabiliť poterit
diligi ꝓpter ſe. quod ſi verū ſit hoc verum eſt de
his diligibilibꝰ que ſunt ſm ſe bona et diligibilia.
et ideo ꝑciſe quia ipſa ſunt talia: igiť et quodlibꝫ
taliū poteſt homo rōnabiliter diligere ꝓpter ſe.
igitur et aliquid aliud a deo pōt homo rōnabiliť
diligere ꝓpter illud vltimate. ex quo ſequitur ꝙ
homo poterit rōnabiliter agere aliq̄d vel facere
propter famā vel honoreꝫ vel diuitias vltimate
nec peccabit ſic agēdo et volēdo. hoc autē cōſtat
eſſe tam cōtra doctrinā theologicā ꝙ̄ etiā philo=
ſophicā vt ſupra dictū eſt. Dices forte ꝙ vtiq3 a=
liquod eoꝝ q̄ ſunt ſm ſe bona et diligēda: pōt rō=
nabiliter diligi ꝓpter ſe: et aliq̄d aliud ꝓpter ipꝫ
vltimate ſed nō quodlibꝫ taliuꝫ pōt ſic rōnabiliť
diligi ſed illud tm̄ quod ē ex eis preſtātiꝰ et cete=
ris magis diligendū. verbi grā actꝰ virtuoſus ſeu
opatio ꝟtuoſa. et ſic cōcederēt morales philoſo=
phi. Contra ṗmo ſi reliqua talium non pñt ſic ra=
tionabiliter diligi ꝓpter ſe ſed ſolū illud quod ē
meliꝰ et magis diligendū: hoc ideo ꝑciſe ē vt vi=
detur qꝛ ipſa ſunt minꝰ diligenda ꝙ̄ illud. nam ſi
eque eſſent diligēda: nō magis eſſent diligenda
ꝓpter illud ꝙ̄ ecōtra. igitur cū quodlibet diligen
dū nō tamen ſūme minꝰ ſit diligendū eo qđ ſum
me diligendū ē: ſequiť ꝙ nullū nō ſūme diligēdū
poſſit rōnabiliter diligi ꝓpter ſe. Cōfirmať. qꝛ ſi
aliquod diligēdū nō obſtāte ꝙ aliquo alio ſit mi
nꝰ diligendū pōt rōnabiliter diligi ꝓpter ſe: non
apparet quin aliquod aliud diligendū quāuis mi
nus ſit diligēduꝫ ꝙ̄ illud: rōnabiliter poſſit diligi
ꝓpter ſe. verbi grā. ſi nō obſtāte ꝙ. b. diligenduꝫ
ſit minus diligendū ꝙ̄. a. ipm̄ pōt rōnabiliť diligi
ꝓpter ſe. et ita dicendū erit de. c. d. et vniuerſaliť
de quolibet diligendo. et ideo ſi q̄s concedat opa
tionem virtuoſam aut aliud quodcūq3 non ſūme
diligendum poſſe rationabiliter diligi propter ſe
nūꝙ̄ poterit rationabiliter negare ꝙ bona fama
et honor poſſint rationabiliter diligi propter ſe
quamuis non poſſint rationabiliter diligi eque
cum operatione virtuoſa. ſicut licet operatio vir
tuoſa non poſſit rōnabiliter eque diligi ipſi ſum=
me diligendo: conceditur tamen a ſic dicente ꝙ
ipſa poteſt rationabiliter diligi propter ſe. Con=
firmatur. quia conſtat ꝙ nō omnes operationes
virtuoſe ſunt eque diligende ſicut nec eque per=
fecte. ſed aliqua inter ipſas eſt ſm ſpeciem ſuam
perfectior: igitur beatifica. vel ergo alie poſſunt
rationabiliter diligi ꝓpter ſe non obſtante ꝙ ſint
minus diligende: et tunc pari ratione alia diligē=
da que ſunt minꝰ bona et minꝰ diligenda opera
tionibus virtuoſis etiam hoc non obſtāte pote=
runt rōnabiliter diligi propter ſe. vel ipſe nō poſ
ſunt rationabiliter diligi ꝓpter ſe ſed ꝓpter bea
titudinem tm̄ et hoc quia ſunt minus diligende:
et tunc eadem ratione nec beatifica viſio poterit
propter ſe rationabiliter diligi cum ipſa ſit minꝰ
diligēda eo qđ ſūme diligendū eſt. ſ. ipſo deo. vñ
apparet ꝙ vt aliquod diligendū non poſſit ratio
nabiliter diligi ꝓpter ſe: nulla cauſa videtur poſ=
ſe reddi preter hanc quia nō ē ſūme diligenduꝫ.
igitur nullū nō ſūme diligēdū pōt rationabiliter
diligi ꝓpter ſe. Confirmať. quia cōtra hoc tēdit
pectu premij eſſentialis aut eterne pene. nã hu-
iuſcemodi rõnes: conſequunt᷑ bonitatem vel ma
liciam quã actus habet ex ordine ad finem ⁊ ex
libertate ac dominio voluntatis ſimul ⁊ ex habi-
tu ipſam informante adaptando ſingula ſingul᷑.
ꝗ̃m vero ad ꝑmiuz accidẽtale ⁊ ad alia bona que
ad premiũ eſſentiale nõ ꝑtinent: actꝰ exterior bo
nus aliquid addit ad interiorẽ actũ: eo ꝙ premiũ
accidẽtale reſpõdet bonitati actꝰ exterioris quã
habet ex re volita et ex debitis circunſtãtijs. vn-
de martyri ex hoc ſibi aureola debet᷑: quia actum
exteriorẽ ꝑpeſſus: victoriam habet de inimicis fi
dei. et conſimiliter ex hoc ꝙ quis in bonis actibꝰ
exterioribꝰ frequent᷑ exercitat᷑: magis ad bonum
habilitat᷑. ex quo fit vt in charitate creſcat. actus
etiã exterior ꝗ̃m ad ſatiſfactionẽ addit ad inte-
riorem actũ. et pariformiter dicendũ eſt in qbuſ-
uis alijs q̃ bonitatẽ actus exterioris conſequun-
tur ſm ꝙ exercitus ẽ. Accipiunt᷑ predicta ex dictꝭ
S. Tho. ſupra diſtin. 40. articulo. 3°. Et prima
2e. q. 20. articulis. 3°. et. 4°.

QUantum ad ar
ticulũ quartũ reſpõdẽdum ẽ ob
iectionibꝰ aduerſariorꝫ. Et q̃dẽ
ad argumẽtũ Gregorij cõtra ꝑ-
mam cõcluſionẽ negat᷑ minor cũ
ſua ꝓbatione. licet eniʒ furari et velle furari ſint
alius et alius actꝰ ſm genꝰ nature et materialit᷑;
ſunt tñ vnꝰ actꝰ formalit᷑ ſumptꝰ et in genere mo
ris: ac ꝑ hoc ſunt vnũ pctm̃ culpabile. et cõſonat
hec reſpõſio dictis. S.T. in hac diſ. q. pa. ar. ꝑmo
ad. 3m et. 4m. ¶Ad ꝑmũ contra ſecũdã cõcluſio
nem dr̃ ꝙ gloſa inducta: apte repugnat textui et
ideo non ẽ tenẽda. ¶Ad. 2m negat᷑ aſſumptuʒ.
et ad eius ꝓbationeʒ dr̃ ꝙ articulus dãnatꝰ petri
abailardi fuit ꝙ neq; ꝓpt᷑ opa actui volũtatis cõ
iuncta neq; ꝓpter opa ipſi nõ coniũcta: q̃s efficit᷑
melior vel peior: ac ꝑ hoc ꝙ ꝓpter opa exteriora
nulla remuneratio vel dãnatio homini debetur.
hic autẽ articulꝰ multũ diſſimilis eſt nr̃e cõcluſio
ni vt patet intuenti. ¶Ad. 3m admittimꝰ ꝯñam.
et cõſequẽs eſt verũ loquẽdo de merito reſpectu
premij eſſentialis. neq; valet eiꝰ improbatio. nõ
prima qm̃ aureola martirij nõ eſt aliquid ꝑtinẽs
ad premiũ eſſentiale. nõ etiã ſecũda de ſacramẽ-
to baptiſmi ꝓpter eandẽ rõnem. et iterum qꝛ ſa
cramẽta nõ hñt effectũ ex merito opantis: ſed ex
opere opato ꝓut dici hẽt in. 4°. ſen. neq; valet
tertia. cõcedimꝰ eni primã cõſequẽtiã cũ ſuo con
ſequẽte. et ad eiꝰ ꝑmã improbationẽ dr̃ ꝙ aſſũp-
tum ẽ falſũ ⁊ cõtra dñi ſentẽtiã Mathei. 5°. dicẽ
tis: omnis q̃ viderit mulierẽ ad cõcupiſcẽdũ eaʒ:
iam mechatꝰ eſt eam in corde ſuo. et pari modo
dicendũ eſt de eo q̃ volũtate cõſentit in homici-
diũ etiam ſi nõ valeat ipm ope implere. Ad. 2am
vero ꝓbationẽ dicit᷑ ꝙ excomunicatio et irregu-
laritas neq; ꝑtinent ad penã dãni neq; ſemꝑ pro
maiori peccato iſligũtur ſed nõnũꝗ̃ pro minori
et aliquãdo ꝓ nullo. vñ verberans vnũ clericuʒ
excomunicationẽ incurrit quã tamẽ nõ icurrit in
terficiẽs centũ laicos hoĩes: qđ multo grauiꝰ pec
catũ ẽ ꝗ̃ ꝑmũ. et bigamꝰ ẽ irregularꝭ nõ aũt adul
ter: cũ tñ primꝰ nõ peccet: ſecũdꝰ vero grauit᷑ of-
fendat. ¶Ad. 4m cõcedit᷑ ꝙ i caſu dato tãtũ pec
caret ille q̃ neminẽ leſit quãtũ aliꝰ q̃ ſupuenientẽ
hominẽ interficeret loquẽdo de peccato ſʒ ꝙ reſ
picit penã dãni iuxta itellectũ nr̃e cõcluſiõis. vñ
argumẽtũ nihil cõtra nos cõcludit. ¶Ad. 5m dr̃
ꝙ ꝓcedit ex falſo ſuppoſito. ſ. ꝙ actꝰ interior ⁊ ex-
terior ſibi cõiunctꝰ: ſunt duo pctã qđ falſũ eſt vt
ex ꝑma cõcluſione pʒ. ¶Ad. 6m dr̃ ꝙ ex auctori-
tate Auguſtini inducta nõ aliud habet᷑ niſi ꝙ mi
ſerior ẽ hõ volẽs et potẽs malũ facere: ꝗ̃ volens
ſʒ nõ potẽs. et hoc nos nõ negamꝰ ꝗ̃m ad penaʒ
ſenſus ⁊ q̃dã alia q̃ huiuſcemodi penã ꝯſequũt᷑ ⁊
ꝗ̃m ad q̊ſdã effectꝰ nociuos. itẽ ⁊ qꝛ magis habili
tat᷑ ⁊ inclinat᷑ ad malũ ex peccato ꝑpetrato ꝓut
S. Tho. inquit ſupra diſti. 40. ar. 3°. in cor. ſed
licet ſit miſerior ꝗ̃m ad iſta: nõ obſtat ꝯcluſiõi nr̃e
q̃ equalitateʒ ponit bonitatis vel malicie in actu

interiori et exteriori q̄ꝫ$^{m}$ ad meritū vel demeritū reſpectu p̄mij eſſētialis. ¶Ad.7$^{m}$ dicitur ꝙ ex ipſo eius ꝓceſſu arguēs nō ꝓbat intētū. cōcedimus enī ꝙ alia eſt bonitas moralis q̄ d̄bet̄ actui exteriori ſꝫ ſe: ⁊ alia ē q̄ debet̄ ſꝫ ſe actui interiori ſicut dictū fuit in ſecūdo notabili quāuis alter alteri ſuā bonitatē cōmunicet. veruntamē bonitati q̄ actui exteriori debet̄ ſm ſe.i. ex obiecto ꝓximo et ex debitis circūſtantijs: nō reſpondet premiuꝫ eſſentiale. hoc ē dictu ꝙ actꝰ exterior ꝓpter taleꝫ bonitatē: non eſt meritoriꝰ p̄mij eſſentialis q̄d in dei viſione cōſiſtit: ſed huiuſcemodi merituꝫ h̄et participatiue ex bonitate finis vltimi ad quē ordinatur et ex charitate a qua eſt impatus. q̄ bonitates actui exteriori cōueniūt nō ſm ſe et informatiue ſed ꝑ cōmunicationē ab actu interiori cui coniungit̄. et ideo de h̄moi bonitatibus nichil accreſcit actui interiori ex actu exteriori: cum totuꝫ habeat exterior ab interiori actu. Idē in ſentētia reſpōdet. S. Doc. ad ſimile argumētū ſupra diſ. 40. ar. 3$^{o}$. ad. 7$^{m}$. ¶Ad. 8$^{m}$ dicitur ꝙ ꝓcedit de bonitate q̄ cōuenit vtriq̄ꝫ actui ſm genꝰ nature. ſed huiꝰ bonitatis pluralitas nō impedit idētitatem bonitatiſ ſꝫ genꝰ moris. Sic reſpōdet. S. T. ad ſimile argumētū p̄ma. 2$^{e}$. q. 20$^{a}$. ar. 3$^{o}$. ad p̄$^{m}$ Et ꝑ hec patet reſpōſio ad reliqua q̄ arguens inducit. ꝓcedūt enim de bonitate vel malicia actꝰ ſm genꝰ nature de qua nō loquit̄ concluſio nr̄a. ¶Ad. 9$^{m}$ reſpondet. S. T. ſupra diſ. 40. ar. 3$^{o}$ ad. 6$^{m}$ negando ꝯñam. nam voluntas tendit in actū exteriorē ſicut in obiectū. vnde ſi aſſit facultas operandi: nō eſſet volūtas ꝑfecta niſi oparetur. et ideo nō eſt ſupfluū facere. q̄ ſine actione: neq̄ꝫ ipſa volūtas bona eſſet. et preterea actꝰ exterior in precepto cadit. et iterū ad premiū accidentale cōfert. hec ille. ſic etiā multa bona cōſeq̄ poſſunt ex actu exteriori q̄ ſine illo defuiſſent: ſicut pauperū ſubuentio: reſtitutio et ſatiſfactio ꝓ peccatis: redēptio generis humani ꝑ paſſionem et mortē chriſti et cōſimilia. et tamē ꝑ iſta ꝓut conſiſtunt in actu exteriori ꝑ ſe nichil accreſcit actui interiori de merito vel de demerito reſpectu premij eſſentialis. ¶Ad. 10$^{m}$ dr̄ ꝙ aſſumptū eſt falſum neq̄ꝫ ſancti id intēdūt. vt enī. S. T. deducit 3$^{a}$. parte. q. 50. ar. 6$^{o}$. in. cor. et ad. 2$^{m}$. mors xp̄i ꝓut accipitur in facto eſſe. i. vt dicit ſeparationē factam corporis et anime: non poteſt eſſe cauſa ſalutis noſtre ꝑ modū meriti: ſed ꝑ modū efficiētie tantūmodo inq̄ꝫ$^{m}$ nec ꝑ mortē diuinitas ſeparata fuit a xp̄i carne. et per conſequens nec lācea tio xp̄i fuit nobis meritoria etſi virtute diuinitatis fuerit cauſa effectiua profluxus ſacramentoꝝ baptiſmi et euchariſtie. ¶Ad. 11$^{m}$ patet reſpōſio ex his q̄ dicta ſunt in reſpōſione ad. 9$^{m}$. procedit enim hoc argumentū de peiore et grauiore non reſpectu meriti vel demeriti q̄ꝫ$^{m}$ ad premiū eſſētiale ſed reſpectu aliorum effectuū de quibꝰ non ītelligitur noſtra cōcluſio vt ſepe dictū eſt. ¶Ad 12$^{m}$ reſpōdet. S. T. in ſimili. 4$^{o}$. li$^{o}$. ſentē. diſtin. 45. q. 2$^{a}$. articulo. 4$^{o}$. ſubarti. p$^{o}$. ad. 2$^{m}$. ꝙ meritū quo decedētes in eadē charitate meruerūt: non fuit meritū quo iuuamen ſuffragioꝝ directe et abſolute mererētur: ſed fuit meritū cōdicionatum. nā meruerūt illud ſi ꝓ eis ſuffragia fierent a viuis. itaq̄ꝫ ambo ꝑ equalia merita q̄ habuerunt dum viuerēt: equalit̄ habilitati ſunt et facti idonei ad recipiēdum ſuffragioꝝ iuuamē ſi ꝓ eis fierēt. vnde ſi vnus iuuat̄ quia ꝓ eo ſuffragia fiunt et non alter: nō ideo eſt q̄ illi accreſcit ex ſuffragijs maius meritū: ſed q̄ cōdicio meriti cum illo impleta ē nō cū alio. ¶Ad. 13$^{m}$ dr̄ ꝙ quāuis peccatū mēdacij q̄ꝫ$^{m}$ ad genꝰ nature mēdacij eſſe nō poſſet ſine actu exteriori: et tamē q̄cq̄d habet de genere moris et culpabile ac demeritorium: h̄et ex actu interiori. niſi eni actus mendacij exterior eſſet volitus et acceptatꝰ actu interiori volūtatis: neq̄ꝫ peccatū eſſet culpabile neq̄ꝫ vituꝑabile aut demeritoriū ſicut patet in furioſo vel in dormiente vocis expreſſione mētiente. ¶Ad. 14$^{m}$. et. 15$^{m}$. et. 16$^{m}$ patet ſolutio ex reſpōſione ad. 3$^{m}$ et ad. 6$^{m}$. et ad. 9$^{m}$. quicq̄d eni ex actibꝰ exterioribus ſacramētoꝝ argumentet̄: nō eſt ad ꝓpoſitum nr̄m cū effectus ſacramētoꝝ non ex merito oꝑantis ſed ex oꝑe oꝑato habeant effectus ſuos ¶Ad. 17$^{m}$ dr̄ ꝙ in caſu dato ſi interruptio volitionis ſit ꝑ cōtrariū actuꝫ: oportet ad hoc ꝙ meritū vie et laboris acquirat ꝙ noua volitione ſibi cōplaceat labor et via aſſumpta. ſi aūt interruptio et diſtractio fiat non ꝑ cōtrariuꝫ actum ſed ꝑ ceſſationē actualis volitionis: prima intentio et volitio qua viam elegit et incepit: virtualiter manet per totum iter: propter quam iter ipſuꝫ et itineris labores ſunt illi meritorij. vnde ex actu interiori et non ſine illo prouenit tota ratio meriti. ¶Ad. 18$^{m}$ dicitur ꝙ in ſecundo caſu ibi poſito meritum non creſcit vel acquiritur per actū exteriorē niſi quia actus interior vel ponit vel acceptat aut alio q̊uis modo vult condicionē poſitiōis exterioris actus. nā quātūcūq̄ꝫ actus exterior in effectu poneret̄ niſi eſſꝫ volitꝰ actu interiori: meritoriꝰ nō eēt p̄mij eēntialis. q̄cq̄d ſit de merito p̄mij accn̄talis vl̄ alteriꝰ cuiuſuis boni. qm̄ tale meritū nō ē ad ꝓpoſitū nr̄e ꝯcluſiōis. ¶Ad. 19$^{m}$ negat̄ aſſumptū. et ad eiꝰ ꝓbationē dicit̄ ꝙ in caſu

dato ſuppoſito ꝙ ambo ſunt omnino eque voluntarij ad credendũ: ſi impedimentũ vni illoꝝ ſuperueniẽs facit eum penit⁹ impotentẽ ad credẽdũ: cõſequẽtia eſt vera et tãtũ iſte meretur apd deũ premio eſſentiali q̃ꝫm ali⁹ q̃ non impedit⁹ credit. neqꝫ ſic dicere: eſt deſtruere neceſſitatem fidei vt arguẽs deſipit: imo ẽ fidei veritatẽ aſtruere. nam q: credere ꝓut Auguſ. dicit in libro de pdeſtinatione ſanctoꝝ eſt in credẽtiũ volũtate: null⁹ credere põt in cui⁹ poteſtate et facultate nõ eſt act⁹ credẽdi: ac ꝑ hoc neqꝫ talis peccat nõ credendo niſi impotẽtiã credẽdi culpa ſua incurrerit. qm̃ vt idẽ Aug⁹ inquit: ſũme demẽtie eſt dicere aliquẽ dãnari vel peccare ꝓ eo ꝙ nõ facit qđ facere non põt. et Hieronym⁹ in expoſitione fidei catholice illos dicit eſſe maledicẽdos: q̃ deũ pcepiſſe homini aliqđ ipoſſibile dicũt. vñ. S. Tho. 3°. li° ſentẽ. diſti. 25ª. q. 2ª. ar. p°. ſub ar. p°. in. c. dicit ꝙ non habẽtes vſũ liberi arbitrij queadmodũ pueri et ſtulti: nõ pueniũt ad ſalutẽ merito ꝓprio ſed merito alieno. ſ. xp̄i ſi baptizãk. ¶ Ad illð aũt quod addik de idolatria: dr ꝙ aſſumptũ ẽ falſum. et ad eius ꝓbationẽ negak iterũ aſſumptũ cũ nõ tã falſum q̃ꝫ ſit inſipiẽter dictũ. imo opinio nr̃a conſonat veritati q̃ de pceptis decalogi eſt tenẽda. nã vis ⁊ obligatio pceptoꝝ decalogi: nõ ſtat pncipaliter in actib⁹ exterioꝛib⁹ ſed in interioꝛib⁹ ſine q̃bus act⁹ exterioꝛes pcepta nõ eſſet. vnde in precepto de actu exterioꝛi vt cũ dr̃ nõ furtũ facies: nõ ſolus act⁹ exterioꝛ ꝓhibek: ſed et pncipalik interioꝛ act⁹. vñ. S. T. in hac diſ. q. pª. ar. p° ad pmũ. In hoc pcepto inquit non cõcupiſces rẽ ꝓximi tui: nõ ꝓhibek illa volũtas furãdi q̃ eſt coniũcta actui: ſed q̃ eſt ab actu ſeparata. q̃ etiam ſine actu quãdã turpẽ iocũditatem hẽt. q̃ aũt cõiũcta eſt actui: ꝓhibek illo pcepto quo furtũ ꝓhibek. nihil enim cadit ſub precepto vel ꝓhibitione: niſi fm ꝙ eſt in volũtate. hec ille. ¶ Ad. 20m dr ꝙ argumentũ magis eſt ad ꝓpoſitũ nr̃m q̃ꝫ ad oppoſitũ. nam q: Chriſt⁹ ab inſtanti cõceptionis voluit redimere gen⁹ humanũ: meruit ipſi⁹ redẽptionẽ et ei⁹ voluntas ſufficiẽs fuit ad tale meritũ. neqꝫ tamẽ fruſtra poſita eſt redẽptio p actualẽ paſſionem. qm̃ valuit ad remouẽda illa ipedimẽta qb⁹ impediebamur ꝯſequi effectũ ſuoꝝ pcedẽtiũ meritoꝛũ. Sic reſpõdet. S. Tho. ad ſimile argumẽtum. 3ª parte. q. 48. articulo pmo ad. 2m. et. 3m Et ad primũ inquit. paſſio inq̃ꝫm hmõi: non ẽ meritoria quia habet pncipiũ ab exterioꝛi. ſed inq̃ꝫm eſt acceptata per voluntatẽ: ſic habet ab interioꝛi pncipiũ et hoc modo ẽ meritoria. ¶ Ad. 21m dicitur ꝙ maioꝛ habet veritatem de illo actu qui habet ſpecialem et ꝓpriã rõnem formalem ſꝫ ꝙ eſt moralis. et tũc ad minoꝛẽ dicik ꝙ ẽ falſa. neqꝫ valet eius ꝓbatio qm̃ aſſumit falſum loquẽdo ð actu interioꝛi q̃ habet exterioꝛẽ cõiunctũ quicqđ ſit de actu interioꝛi ſeparato ab exterioꝛi. nõ eniꝫ martyriũ q̃ꝫm ad actũ exterioꝛẽ: habet ꝓ fine teſtificationẽ et approbationẽ veritatis fidei xp̄iane niſi inq̃ꝫm eſt p actũ interioꝛẽ volitũ et oꝛdinatum ad talẽ finẽ. et cõſimilik dicendũ eſt in actibus malis. exẽplũ aũt de republice dãnificatiõe ex facto homicidij: non eſt ad ꝓpoſitũ nr̃e cõcluſionis que loqtur de eq̃litate vel ineq̃litate actuũ reſpectu premij eſſẽtialis. ¶ Ad. 22m dicitur ꝙ minoꝛ eſt falſa de volũtario formaliter ſumpto. quãuis eni act⁹ interioꝛ et act⁹ exterioꝛ ſint plura volũtaria materialiter ſicut et plures act⁹: ſũt tamẽ vnũ volũtariũ formalik: q: vna voluntate et vna volitione ambo dicunk volũtarij. vnus. ſ. interioꝛ denominatione intriſeca: alius. ſ. exterioꝛ denominatione extriſeca volũtario. ſ. act⁹ interioꝛis. ¶ Ad. 23m. dicik ꝙ maioꝛ intelligik de alietate formali et quãdo alij nõ dependẽt ex alijs: et in hoc ſenſu minoꝛ eſt falſa. nã licet act⁹ interioꝛis et exterioꝛis ſint alie et alie debite circũſtantie materialik: circũſtãtie tñ act⁹ exterioꝛis formaliter depẽdẽt ab actu interioꝛi. non eni ille eſſent circũſtãtie moꝛales niſi eſſent volite: ac ꝑ hoc ab actu interioꝛi habẽt formalik ꝙ ſint debite circũſtãtie moꝛaliter. ¶ Ad argumentũ ante oppoſitũ reſpõdet. S. Tho. in hac diſtin. q. pma articulo pmo ad pmũ. ꝙ loquẽdo ð actu exteriori ꝓut eſt coniunctus interioꝛi: idẽ preceptũ ⁊ ꝓhibitio eſt ð vtroqꝫ. vñ in ꝓhibitione furti vterqꝫ actus eſt ꝓhibitus ſic in reſpõſione ad. 19m lati⁹ deductũ fuit. Et in hoc articulus terminatur.

## ¶ Diſtinctio. xliij.

Circa q̃dragesimã tertiã diſtictionẽ q̃ritur vtrũ oẽ pctm̃ ſit moꝛtale. et arguitur ꝙ ſic. qcqđ eni tollit ꝟtutẽ eſt pctm̃ moꝛtale. ſꝫ oẽ pctm̃ tollit ꝟtutẽ. q: pctm̃ ẽ receſſus ab eq̃litate. ꝟt⁹ aũt eſt q̃dã eq̃litas. ergo oẽ peccatũ eſt moꝛtale. ¶ In oppoſitũ arguik ſic. diuerſitas penarũ coꝛreſpõdet diuerſitati culpe. ſꝫ pena tẽ=

poralis differt ab eterna. ergo peccatum veniale differt a mortali cum vni debeať pena tēporalis et alteri eterna. ¶ In hac queſtione erunt quattuor articuli vt ſupra.

Quantuꝫ ad primũ articulũ ſit prima cōcluſio ꝙ peccatũ veniale differt a mortali ſicut imꝑfectũ a ꝑfecto ſub eodē cōmuni analogo. Hanc cōcluſionē tenet. S. T. diſ. precedēte. q. pª. ar. 3º. Et pª. 2$^e$. q. 88ª. articulis. pº. et. 2º. Itē in. q. de malo. q. 7ª. ar. pº. in cor. et ad ꝑmũ. ¶ Secūda concluſio eſt licet quodāmodo imꝑtinēs titulo queſtionis ꝙ ſuꝑbia et cupiditas ſunt radix omniuꝫ peccatoꝝ. Hāc concluſionē tenet. S. Tho. ꝑma 2$^e$. q. 84ª. articulo primo et. 2º.

Quantuꝫ ad articulũ ſecundũ arguiť contra cōcluſiones. Et quidē cōtra ꝑmaꝫ cōcluſionē arguit Aureolus probando ꝙ peccatũ theologice acceptũ diuidať eſſentialr̃ et ſpecifice penes mortale et veniale. et ꝑmo arguit ſic. Ratio virtutis ex ꝓpria ſui ratione ſumiť in ordine ad ſuā regulā q̃ in moralibꝰ eſt prudētia ſeu recta rō: in theologicis vero eſt diuina voluntas. tūc ſic. ſpecifica diuiſio peccati vt opponiť ꝟtuti theologice loq̄ndo: accipiť ſm aliũ et aliũ modũ deuiādi a regula q̃ eſt volūtas diuina. ſꝫ aliter deuiat a volūtate diuina ꝑ eſſentiā pctm̃ mortale ꝙ̃ veniale. igitur et c̃. minor ꝓbať. qꝛ pctm̃ mortale deuiat a diuina volūtate p̃cipiēte ꝓhibēte et obligante. veniale vero nō deuiat hoc modo. volūtas enī diuina obligat ſm precepta vl' ſꝫ cōſiliũ. et ꝑmo modo affirmatiue imergēdo vel negatiue ꝓhibēdo. et vtroqꝫ iſtoꝝ modoꝝ voluntas diuina obligat volūtatē humanā licet ſm cōſiliũ nō obliget. mō patet ꝙ ē aliꝰ ⁊ aliꝰ modꝰ deuiādi a volūtate ꝓhibēte vel p̃cipiēte ꝙ̃ a volūtate nō obligāte nec p̃cipiēte. igiť peccatũ mortale et veniale theologice loquēdo ſpecifice diſtinguūť. maior pꝫ. qꝛ ſicut in ethicis diuerſa peccata accipiunť ſm aliuꝫ et aliuꝫ modũ deuiādi a regula actuũ moraliũ q̃ eſt recta ratio: ſic in ꝓpoſito. et pōt ex hoc tota ratio cōfirmari. qꝛ ſicut peccata in genere moris diſtinguūtur ſm exceſſum et defectũ a rōne: ſic ē in ꝓpoſito. ¶ 2º arguit ſic. differētie q̃ diuidūt formale generis ſunt formales vt patet. 7º metha$^e$. ſed licet in peccato ſm genꝰ nature formale accipiatur ex obiecto: tñ ſm genꝰ moris et inq̃ꝫ$^m$ culpabilis et demeritoriꝰ obiectũ ſe habet vt materiale. deuiatio autē a regula ſe habet vt formale. igitur differētie q̃ diuerſificant ipm̃ deuiare a regula ſunt hoc modo formales in peccato. tales autē ſunt differētie ſꝫ quas accipiť diuiſio peccati ꝑ mortale et veniale. igiť et c̃. vnde cũ in peccato rōne qua pctm̃ eſt: auerſio ſit formale: dicere ꝙ diſtinguať peccatũ inq̃ꝫ$^m$ pctm̃ ꝑ obiectũ cũ ſit materiale: ē nihil dicere. oportet igiť ꝙ diſtictio in peccato ſm ꝙ eſt culpa: accipiať ex alia et alia auerſione. niſi vellet dicere ꝙ triangulus diuidiť ſpecifice penes aliā ⁊ aliā materiā puta penes lignum vel ferrũ. ſicut enī triāgulus eſt talis figura potēs eadē ſpecifice eſſe in hac et in hac materia ſic auerſio eſt formale in peccato potēs eſſe circa hoc obiectũ vel illud. ſicut igiť triangulꝰ diuidiť non penes lignũ et ferrũ ſed penes aliũ et alium modũ triāgularitatis: ſic nō diuidiť peccatuꝫ penes materiā ſed penes aliũ et aliũ modũ auerſionis. ¶ 3º ſic. pctm̃ mortale et veniale nō dicunť talia in ordine ad penā ſed in ordine ad diuinaꝫ amiciciā eo modo quo diciť ꝙ offendit aliq̄s aliũ ad mortē quādo offendit eum vſqꝫ ad diſſolutionem amicicie. igitur peccatuꝫ nō dicitur mortale quia ei debeť mors ꝓ pena ſed diciť mortale qꝛ diſſoluit amiciciā. ex quo fit vt nō ſit recōciliabile q̃ꝫ$^m$ eſt ex ſe et remouet amiciciā et beniuolētiaꝫ q̃ eſt radix venie et recōciliationis. veniale autē diciť eo ꝙ relinquat amiciciā. ideo ex ſe non tollit veniā et vitā amicabilē. tūc arguo ſic. Illi actꝰ quoꝝ vnus infringit totaliť diuinā amiciciā: aliꝰ autē nō infringit ſed ledit leuiter: diſtiguunť ſpecifice theologice. quia penes intrinſecũ in offenſa et culpa hñt differētiam. ſ. penes venire cōtra amiciciā. ſed actus peccati mortalis et actꝰ peccati venialis ſunt huiuſmodi. igitur ⁊ c̃. ¶ 4º ſic. Illa q̃ ſunt eiuſdē ſpeciei: opponūtur vni et eideꝫ in ſpecie. ſed mortale et veniale ſm ꝙ talia non opponunť vni et eideꝫ in ſpecie. quoniā mortale opponiť charitati et tollit eaꝫ: veniale ſtat cũ charitate. igitur aliq̄d intriſece eſt in peccato mortali qđ conſequiť totā eiꝰ ſpēm rōne cuiꝰ repugnat ei gratia quod ſꝫ totam ſpēm repugnat veniali. igitur non ſunt eiuſdē ſpeciei. ¶ 5º non ſolũ diſtinctio actuum penes obiecta eſt diſtinctio ſpecifica immo diſtinctio ſpecifica actuum ſumitur ex concurſu aliarum et aliarum circunſtantiarum quas actus exigit intrinſece inq̃ꝫ$^m$ talis eſt. ſed mortale et veniale habent alias et alias circunſtantias oppoſitas licet ſint circa obiectum idem. igiť et c̃. maior patet. qꝛ alias omnes actus morales circa idem obiectum in genere eſſent eiuſdem ſpe-

ciei.minoꝛ pꝛobatur.quia capio aliquem actum circa idem obiectum . puta vanam gloꝛiã et laudem inoꝛdinatã:dico ꝙ idẽ act⁹ circa idẽ obiectũ eſt indifferẽs ad hoc ꝙ ſic vel ſic circunſtãtionet circunſtantijs intrinſecis ad actũ venialẽ et moꝛtalem.ſi enim appetat gloꝛiã effrenate ſic ꝙ nõ vereretur venire cõtra diuinũ preceptũ tanta eſt libido appetit⁹:ille act⁹ circunſtãtionat⁹ eſt circunſtãtia ꝓpꝛia peccato moꝛtali que ẽ contẽptus in hoc ꝙ ſi occurriſſet in illo actu diuinũ preceptum ad oppoſitũ:nõ omiſiſſet illũ actuȝ.ſi autẽ appetat taliter ꝙ ſi occurriſſȝ diuinũ preceptũ mallet obedire ꝙ̃ habere gloꝛiã ita ꝙ appetit⁹ nõ aſcẽdit vſꝙ ad cõtemptũ diuine volũtatis expꝛeſſe in pꝛeceptis et ꝓhibitionib⁹:talis act⁹ habet circũſtantiã que facit peccatuȝ veniale . et hoc idẽ dico de alijs circunſtãtijs puta de deliberatione ⁊ moꝛoſitate et c̃. ¶6°. ille differẽtie q̃ ratione generis diſtant in infinitũ et diuidũt ens ſm finitũ et infinitũ: nõ ſunt eiuſdẽ ſpeciei imo nec eiuſdẽ generis.differẽtie enim eiuſdẽ generis nõ diſtãt in infinitũ:nec diuidũt aliquod vnũ gen⁹ penes finitum et infinitũ ſicut p ſuas differẽtias.ſed peccatum diuidit̃ in moꝛtale et veniale ſicut in differẽtias diſtãtes in infinitũ:et diuiſio iſta eſt p finituȝ et infinitũ.quoniã moꝛtale rõne toti⁹ ſui generis eſt infinitũ:veniale vero rõne ſui generis eſt finitum ⁊ tempoꝛale.igitur et c̃.¶7° arguit Durãd⁹ potiſſime cõtra pꝛimã cõcluſionẽ dicẽs ꝙ pꝛobatio concluſionis nullã haberet calũniaȝ:ſi oẽ peccatũ veniale cõſiſteret in ſubitis motibus qui ꝓueniunt deliberationẽ etiã circa materiã peccati moꝛtalis ſicut eſt ſubita complacẽtia mulieris occurrentis.quia omnes tales mot⁹ habẽt rationẽ peccati ſm quid et imꝑfecte.cui⁹ ratio eſt. qꝛ illð eſt peccatũ ſolũ ſm qd:quod ẽ ſm quid in poteſtate nr̃a.ſed mot⁹ ꝓueniẽtes deliberationẽ ſunt in poteſtate nr̃a ſolũ ſm quid et nõ ſimpliciter. nichil enĩ eſt pfecte ⁊ ſimpliciter in poteſtate nr̃a niſi illud qð ſequitur deliberationẽ per quã habemus plenũ dominiũ actuũ noſtroꝝ.igit̃ et c̃. ſed quia peccatũ veniale inuenit̃ non ſolũ in ſubitis motibus ſed etiã in actu dliberato cadẽte ſup indebitã materiã ſicut cum aliqs ſciẽs et deliberãs ꝓfert mẽdaciũ iocoſum:ideo in talibus nõ videt̃ verũ illud quod dicit ꝯcluſio.ſ.ꝙ peccatũ diuidatur in moꝛtale et veniale p modũ analogi qð dr̃ de vno ſimpliciter et pfecte: de alio vero ſm qd. quod pȝ.quia act⁹ volũtari⁹ ſimpliciter cadẽs ſuper materiã ſimpliciter indebitã: eſt peccatũ ſimpliciter.ſed multa venialia ſunt huiuſmodi vt pȝ in exemplo adducto et conſimilibus . igitur et c̃.

¶8°. arguit ad idẽ et eſt cõfirmatio pꝛecedẽtis. quia in omnibus q̃ analogice dicunt̃ ſm pꝛius et poſt pfectũ et impfectũ ſimpliciter et ſȝ quid : rõ nominis nulli cõpetit niſi p attributionẽ ad vnũ quod p pꝛius pfecte ⁊ ſimpliciter dicit̃ tale. verbi grã in entere ſpectu ſubſtantie et accidẽtis:entis in actu et entis in potentia . ſed peccatũ veniale non dicit̃ pctm̃ p attributionẽ ad pctm̃ moꝛtale. qꝛ ſi non eſſet aliquod pctm̃ moꝛtale: nichilominus eſſet dare pctm̃ veniale.quod nõ cõtingit in illis q̃ analogice dicuntur.qꝛ ſi nõ eſſet ſubſtãtia: accidẽs nõ eſſet.et ſi nõ eſſet ſanitas animalis:nihil diceretur ſanũ . ergo rõ peccati non conuenit analogice peccato moꝛtali et veniali niſi ſolũ accipiendo veniale quod conſiſtit in ſubito motu circa materiã peccati moꝛtalis. tale enĩ dicit̃ peccatum ſoluȝ ſm quid et in habitudine ad actũ deliberatũ circa eandẽ materiã q̃ eſt pctm̃ moꝛtale ¶9° arguit.quia ſi vnũ oppoſitoꝝ dicit̃ multipliciter:et reliquũ.ſed act⁹ ꝟtuoſus et pctm̃ opponũtur.ergo ſi in peccatis eſt multiplicitas analogie in participãdo rõnem peccati:in actib⁹ virtuoſis erit ſimilis multiplicitas in participãdo rõne virtutis qð non videt̃ cõparãdo actũ interioꝛẽ interioꝛi vl' exterioꝛẽ exterioꝛi:licet hoc poſſit dici cõparando act⁹ aliarũ potẽtiarũ actui voluntatis. quo etiã modo põt poni analogia in peccatis. ſȝ talis analogia nõ eſt inter veniale et moꝛtale.immo inuenit̃ tã in moꝛtali ꝙ̃ in veniali cõparãdo actũ interioꝛẽ exterioꝛi.et ſic patet ꝙ diuiſio peccati in moꝛtale et veniale nõ eſt diuiſio analogi ſed eſt diuiſio vniuoci. qꝛ rõ peccati perfecte ſaluatur ſimpliciter et vniuoce in vtroꝙ . licet vnũ ſit graui⁹ altero grauitate alteri⁹ rõnis ſpecialis. nam et ſpecies ſub genere naturã generis ſimpliciter participãt:vna tñ ẽ pfectioꝛ altera pfectiõe differẽte ſpecifice.¶10 arguit.qꝛ ſi peccatũ diuideret̃ in moꝛtale et veniale tanꝙ̃ analoguȝ: hoc videretur potiſſime quia moꝛtale eſt cõtra legẽ. ſed veniale nõ eſt cõtra legẽ ſed ſolũ pꝛeter legẽ. ſed hoc nõ valet.quia oĩe pctm̃ eſt cõtra aliquã legẽ dei vel naturalẽ vel inſpiratã vel ab eis deriuatã.nec tamẽ oĩe peccatũ eſt moꝛtale.qꝛ in qlibet lege ſunt aliq pꝛecepta et ꝓhibitiones de his que ſunt neceſſaria ad cuſtodiã ciuilitatis et ſine quibus diſſiparet̃ ciuilitas.et facere cõtra hoc eſt pctm̃ moꝛtale . alia vero ſunt que inducunt̃ a lege nõ tanꝙ̃ neceſſaria ſimpliciter quaſi ſine illis non ſtaret bonum ciuilitatis ſed tanquã facietia ad perfectionem et decoꝛẽ ciuilitatis:et quoꝛum oppoſita habẽt quandã inoꝛdinationem ſed nõ ſubuertentẽ ciuilitatem.et facere cõtra talia non

eſt peccatuꝫ mortale in aliqua lege. Confirmatur. quia ſi aliquod peccatum veniale eſſet ſolum p̄ter legem et nullo modo contra: hoc potiſſime videretur de mendacio iocoſo. ſed hoc eſt falſuꝫ. nam mētiri iocoſe eſt directe cōtra dictamen legis naturalis et non ſolū preter. et ideꝫ eſt de oībus q̄ ex genere ſuo ſunt peccata venialia. ¶ Cōtra ſecundā concluſionē arguit Durandus ꝓbando ꝙ ꝓbatio ſit inſufficiēs. p̄mo quātum ad illud quod dicitur ibidē de ſupbia. quāuis eniꝫ inordinatus amor ſui ſit vel eſſe poſſit p̄ncipium inordinate appetēdi omnia cōmutabilia: et ob hoc ſcḋ Auguſtinuꝫ amor male inflamās poſſit eſſe p̄ncipiū alioꝝ peccatoꝝ: tamen hoc non pōt dici de ſupbia. quia ad plura ſe extendit inordinatus amor ſui q̄ꝫ ſe extendat ſupbia q̄ eſt inordinatus amor ſui quo ad excellentiā ꝓprie pſone. ex hoc enim ꝙ aliquis inordinate diligit ſe: ſequitur vel natū eſt ſequi ꝙ inordinate appetat vel fugiat oīa q̄ eſtimat ſibi bona vel nociua. et hec ſunt vel eſſe poſſunt omnia bona ſimpliciter. et ideo omne pctm̄ pōt ex hoc oriri. ſed ex inordinato appetitu ꝓp̄e excellentie in quo conſiſtit formaliter ſupbia: nō eſt natū ſequi niſi ꝙ inordinate appetantur vel fugiantur illa q̄ promouent vel impediūt ꝓpriā excellentiam. hec autem nō ſunt oīa q̄ male appetuntur vel fugiuntur. turpes enim delectationes q̄ male appetuntur p intemperantiā: non ꝓmouēt excellentiā nec eſtimantur etiā a ſupbis illā ꝓmouere. pene etiā et triſticie q̄ turpiter fugiuntur p timiditatem: nō impediūt nec eſtimantur impedire ꝓpriam excellentiam. ꝓpter quod hmōi peccata que conſiſtunt in appetitu dlectationū turpiū et in fuga triſtium in rebus bellicis: non videntur oriri ex ſupbia que eſt appetitus ꝓprie excellētie quāuis oriantur ex inordinato amore ſui. vnde in illo argumento eſt fallacia conſequentis. ¶ $2^{o}$. arguit contra illud qḋ dicitur de diuitijs quarū appetitus inordinatus eſt cupiditas. licet enim ipe prebeant facultatē adiplendi omne malū deſiderium: ex hoc tamē non ſequitur ꝙ cupiditas ſit radix vel origo omniū peccatorū ſed potius oppoſitum. quia diuitie non prebent facultatem adimplēdi omnia mala deſideria niſi per ſui diſtractionem. cupiditas autem non eſt appetitus earū ad diſtribuendum eas ſed ad auare congregandum et recipiendum. et ideo cupiditas diuitiarū magis impedit aſſecutionem malorum deſiderioꝝ que per diſtributionem pecuniarum poſſent impleri q̄ꝫ ad hoc inclinet vel ꝓmoueat.

Quantum ad articulum tertium primo notādū eſt ꝓut. S. Tho. deducit diſtin. precedente. q. $p^{a}$. ar. $4^{o}$. ad. $3^{m}$. ꝙ lumen rōnis q̄ agenda diſcernimus: lex hominis interior appellatur. quāobrē quicquid in humanis actibus huic lumini eſt conſonū: totū eſt rectū quia ſm legem rōnis. qḋ aūt contra hoc lumen fit: inaturale eſt homini et malum. ſicut enim vt Dioniſius dicit. $4^{o}$. caplo de diuinis nominibꝰ bonū hominis eſt ſm rōneꝫ eē ita et malū hominis eſt cōtra vel preter rōnem eſſe. huiuſcemodi aūt lumen qḋ lex hominis ē interior: prima p̄ncipia ſunt humanorū actuū naturaliter nobis indita quibus et agēda cognoſcimus et in agendis regulamur. dicuntur autē huiuſcemodi principia lumē rōnis: eo ꝙ per ipſa diſcernuntur et nota fiunt ea q̄ p rationem nob agēda ſunt: ad ſimilitudinē luminis corporalis quo res corporee videntur et oculis manifeſtantur. vt enim. S. Doc. inquit p̄ma. p. q. $106^{a}$. articulo $p^{o}$. in corpe: lumen ſm ꝙ ad intellectuꝫ pertinet: nichil eſt aliud q̄ꝫ veritatis manifeſtatio ſm illud apoſtoli. Ephe. $5^{o}$ omne qḋ manifeſtatur lumē eſt. quia ergo lumini rationis ac legi hominis cōnaturali diſſonat omne peccatū ſiue ſit mortale ſiue ſit veniale inq̄ꝫm omne peccatuꝫ a rectitudine ratiōis deuiat ⁊ obliquatur: cōſequēs eſt ꝙ differētia peccati mortalis a veniali non debeat ſumi p hoc ꝙ peccatū mortale eſt cōtra rectā rationē vel contra ipſius dictamē: peccatū autem veniale eſt preter rōnem rectā ſed nullo modo cōtra illā ꝓut nōnulli putāt. nā quod a rectitudine rationis aberrat et ipſius lumini cōnaturali renititur: nō ſolum p̄ter rōnem ſed ⁊ contra rōnem cenſendū eſt. vnde. S. Tho. $p^{a}$. $2^{e}$. q. $71^{a}$. arti. $6^{o}$. ad. $4^{m}$. omne inquit peccatū ex hoc ipō ꝙ ē inordinatū: iuri naturali repugnat. ſi enim peccatuꝫ veniale rationi nō aduerſaretur: neqꝫ ad culpā homini imputaretur nec pene alicuiꝰ reatū iduceret. qḋ vtrūqꝫ eſt falſum. verūtamē aliter eſt contra rationē et cōtra eius dictamē peccatū veniale et aliter peccatū mortale. nam peccatū mortale eſt cōtra dictamen et ordinem rōnis reſpectu finis. qui eniꝫ peccat mortaliter: aliū finē ſibi conſtituit q̄ꝫ recta ratio dictat. peccatū aūt veniale repugnat dictamini et ordini rōnis: non reſpectu finis ſed eius qḋ eſt ad finē ſine cuiꝰ ordinatione ac rectitudine: finis ſtare pōt. et qr ratio pratica et lex naturalis ſimpliciter et p ſe reſpiciūt finē in humanis actibus tanq̄ꝫ ipſoꝝ p̄ncipiū: ea aūt q̄ ſunt ad finē

non niſi quatenus ducũt in finem: ideo peccatuꝫ
mortale quod ordinē recte rationis in finē oīno
corrumpit: eſt ſimpliciter ⁊ ꝑ ſe repugnans rōni.
peccatũ autē veniale quia ordinē rōnis recte in fi-
nem q̃ꝫm eſt de ſe nō tollit aut deſtruit: nō ſimpli-
citer et ꝑ ſe repugnat legi rōnis naturali ſed ſm
quid tantũmodo inq̃ꝫm aliquo modo diſpōit ad
mortale. vnde ſi eſſe cōtra rationē capiaꝭ ſimpli-
citer et directe: peccatũ veniale non eſt cōtra rō-
nem aut legem mentis ſed preter rationem: et in
hoc ſenſu verũ eſt quod predicti dicebāt. ſꝫ quia
dicere ſimpliciter et abſolute ꝙ peccatuꝫ veniale
non eſt cōtra rationem nō eſt vſquequaꝗ verũ
vt deductũ eſt ſupra: ideo ex alio accipiēda ē dif-
ferentia inter peccatũ mortale et veniale ex ge-
nere ꝓut de eis loquiꝭ nr̄a cōcluſio ſm. ſ. ꝙ genꝰ
et ſpēs actꝰ determinanꝭ ex obiecto. nā capiēdo
veniale ex cauſa vel ex euentu: non habet genus
aliquod determinatũ neqꝫ ꝑ ſe diſtinguiꝭ a mor
tali ꝓut. S. Tho. deducit diſtin. precedēte. q. pª.
arti. 4°. in cor. Et in. q. de malo. q. 7ª. ar. primo
in cor. Conſiderandũ ē ergo ꝙ omne peccatũ ꝓ-
ut hic de peccato loquimur: morbus q̇dā ſpũalis
eſt anime. vñ ſicut morbus corporis dr̄ mortalis
per hoc ꝙ eſt corruptiuus irreparabiliter ṗncipij
vite nam ṗncipio vite ſublato nil remanet ꝑ qđ
morbus reparari poſſit ex quo fit vt mortē indu
cat: ita et peccatũ aliquod diciꝭ mortale qꝛ cor-
ruptiuũ eſt irreparabiliter q̃ꝫm eſt de ſe ṗncipij ſpi
ritualis vite anime. et ſicut morbꝰ corporalis di-
citur nō mortalis ſed curabilis et ſanabilis ꝓ eo
quia corruptiuꝰ non eſt ṗncipij vite corporalis ꝑ
quod naturaliter curari pōt: ita et aliquod pec-
catum dicitur veniale ꝓ eo ꝙ ṗncipij vite ſpũalis
anime corruptiuũ non eſt ſed ꝑ illud reparari et
ſanari pōt. ṗncipium autē vite ſpũalis eſt gr̄a ſm
ꝙ viuere viuētibus eſt eſſe. ṗncipium aũt imedia
tum vite ſpũalis ſm ꝙ vita accipitur ꝓ opatione
vitali: eſt charitas que hominē ordinat et actus
humanos in finem vltimũ qui ē deus. finis vero
vltimꝰ eſt in opabilibꝰ ſicut ṗncipiuꝫ ṗmũ in ſpe-
culabilibꝰ ꝓut phs dicit. 6°. ethi. vñ charitas dr̄
principiũ humanoꝝ actuũ in vita ſpũali et ꝑ mo
dum cauſe effectiue inq̃ꝫm eſt elicitiuꝰ habitꝰ aut
imperatiuꝰ actuũ humanoꝝ: et eſt ipſoꝝ ṗncipiũ
inq̃ꝫm illos ordinat in finē vltimũ qui ē charitatꝭ
obiectum ⁊ finis. ꝓpter quod apl's dicit ṗma ad
thimo. ṗmo. finis precepti eſt charitas. illud er-
go peccatũ diciꝭ eſſe mortale ex genere: qđ cha-
ritatem q̄ eſt ṗncipiũ vite ſpũalis adimit et cor-
rumpit. nā charitate extincta: deformitas et de-
ordinatio actꝰ humani reparari non pōt ꝑ aliqđ
principiũ intrinſecũ ſed ꝑ ſolā diuinā virtuteꝫ ſi-
cut nec error qui eſt circa ṗncipia. quāobrē hm̄oi
peccata: mortalia dicunꝭ eo ꝙ q̃ꝫm eſt de ſe mor-
tem irreparabiliter inducũt. et qꝛ charitas ordi-
nat hominē vi precepti ad dilectionē dei et ꝓxi-
mi ac ſui ipſius: omnis ille actꝰ vel actꝰ omiſſio q̄
eſt directe contra dilectionē dei et ꝓximi ⁊ ſui ip-
ſius: eſt peccatũ mortale vt pote mortē ſpũalem
inducens: ṗncipio vite quod ē charitas extincto
quemadmodũ furtũ adulteriũ ꝑiurium blaſphe
mia et huiuſmodi quibꝰ et deo irreuerentia aut
maledictũ irrogaꝭ aut ꝓximo nocumentũ inferꝭ
que cũ dei vel ꝓximi dilectione ſtare nō poſſunt.
actus vero inordinatꝰ q̄ non repugnat charitati
quia. ſ. dilectionē dei aut ꝓximi vl' ſui ipſiꝰ nō ſub-
trahit nec ordinē ſubiectionis ad deũ neqꝫ fedus
humane ſocietatis ad ꝓximũ tollit: diciꝭ pecca-
tum veniale ex genere ſicut verbum ocioſum ri-
ſus ſuꝑfluus et ſimilia. nam cuꝫ peccatuꝫ veniale
charitatem non auferat: per ipſam reparari pōt
defectus et deordinatio venialis peccati tanq̃ꝫ ꝑ
principium ſpũalis vite: quēadmodũ error circa
cōcluſiones ꝑ veritatem ṗncipiorum reparatur.

Secundo Notandũ eſt ꝙ vt ac-
cipitur ex dictꝭ. S. T.
ṗma. 2e. q. 87. ar. ṗmo in cor. mortale et veniale
ꝓprie et abſolute accepta nō opponunꝭ adinui-
cem eo ꝙ ipſoꝝ rationes ꝓprie nō habent inter
ſe repugnātiā. ſed ſi accipiaꝭ ſꝫ ꝙ de peccatis me
thaphorice dicunꝭ: mortale opponitur ei qđ ve-
niale eſt. quia vt dictũ eſt in precedente notabili
peccatũ mortale dr̄ ex eo ꝙ defectũ inducit irre
parabilē et incurabilē ꝑ ṗncipium intrinſecũ eius
in quo eſt. peccatũ aũt veniale ex genere dicitur
quia ex natura ſua habeat veniā. et qꝛ peccatum
veniale morbꝰ quidā ē anime: hoc eſt venia pec-
cato: qđ curatio morbo. dicitur enim pctm̄ habe-
re veniā: cuiꝰ vulnus. i. reatꝰ facile tolliꝭ et curaꝭ.
vnde pctm̄ aliquod dr̄ veniale ex genere qꝛ cura
bile eſt et reparabile q̃ꝫm eſt ex ſui natura. itaqꝫ
peccatũ mortale et pctm̄ veniale opponunꝭ ſicut
curabile et icurabile repabile et irreparabile. hec
tamen oppoſitio accipiꝭ ſm rōnes et denomiatio
nes eoꝝ ex effectu. ſm ſe tamē et ex natura ꝓṗa
vt. ſ. peccata ſunt: opponunꝭ ſicut ꝑfectũ et imꝑfe
ctũ ſub eodē cōmuni. peccatuꝫ nāqꝫ mortale hēt
ꝑfectā rōnem peccati: veniale aũt imꝑfectā. qđ ex
hoc patet. nā pctm̄ ꝓut nũc de pctō loquimur vt
habet rōnem culpe: eſt actus humanꝰ deordina-
tus vel deordinata actus omiſſio. ita ꝙ deordi-
natio eſt ratio formalis peccati. deordinatio aũt

humanorum actuū perfecta & completa: eſt reſpectu finis q eſt ꝓprium et formale obiectū volūtatis a qua actus dicunt̄ humani. cū ergo peccatum mortale ex genere importet deordinationē a fine debito humanarū actionū: ſequit̄ ꝙ habeat ꝑfectam et cōpletā rationē peccati. peccatū autem veniale nō cōſiſtit in deordinatione a fine humane volūtatis ſed in deordinatione eiꝰ quod ē ad finem ſaluato ordine in finē debitū. quãobrē veniale peccatū imꝑfectā rationē habet peccati. vnde peccatū analogice predicat̄ de peccato mortali et de peccato veniali. Sed aduertēdum ē ꝙ vt. S. Tho. notat pmo libro ſentē. diſti. 19ª q. 5ª arti. 2° ad pmū. aliquid dr̄ ſm analogiā dupliciṫ ꝑut ad ꝓpoſitū nr̄m facit. vno modo qn̄ ratio vl̄ natura ipſiꝰ dicit̄ de pluribꝰ per pus et poſterius cum tamen in vno tātūmodo illoꝝ eſſe habeat. ſicut rō vel intētio ſanitatis dicitur de animali de vrina et de medicina diuerſimode ſm pus & poſterius. q tamē nō habet eſſe reale niſi in animali. non enim vrina vel medicina dicit̄ ſana niſi qꝛ hec eſt cauſa et illa eſt ſignū ſanitatis exiſtētis in animali. alio modo aliqd dicit̄ ſm analogiam qꝛ predicatur de pluribꝰ ſm prius & poſteriꝰ: et tamen in vnoquoqꝫ eoꝝ ipſa natura cōmunis analogi habet eē. per quē modū ens dicitur analogice de ſubſtātia et de accidente. et iſto ſecūdo modo peccatū dicit̄ analogice de peccato mortali & de peccato veniali. ratio enim et natura peccati ꝑut illi cōuenit natura: in vtroqꝫ. ſ. mortali et veniali habet eſſe licet ꝑ prius et poſteriꝰ et in vno ſimpliciter vt in peccato mortali: et in alio vt in veniali ſm quid. ¶Ex premiſſis inferimꝰ ꝙ peccatū veniale et peccatū mortale ex genere dupliciter diſtinguūt̄. Uno modo ſm ꝙ denominant̄ mortale et veniale a reatu ꝑut. ſ. peccatū mortale dr̄ quia inducit reatum mortis eterne: veniale vero peccatū quia inducit reatū non mortis ſed pene temporalis. et ſecundū hanc differētiā: peccatū mortale et peccatū veniale nō differunt ſpecifice neqꝫ qḋditatiue. nã vt. S. T. idipm deducit pma. 2ᵉ. q. 72. arti. 5°. in cor. qḋ ꝑ accidens ſe habet ad aliquid: nō pōt ſpēm eius conſtituere. qꝛ ſpēs rei cōprehēdit illa pciſe q ꝑ ſe et eſſentialiter rei cōueniūt. reatꝰ autē pctōꝝ ꝑ accidens ſe habet ad pctm̄: qꝛ ꝑ accidēs ſe habet ad volūtariū ex quo pctm̄ hēt ꝙ ſit pctm̄. loquimur nūc de peccato in genere moris. nō eni volūtas peccātſ intendit aut vult incurrere pene reatum imo magis vellet impune peccare. ſed accidit reatus pene ab exteriori. ſ. ex iuſticia iudicantis qui ſm diuerſas peccatorum condiciones: diuerſas penas delinquentibus infligit. vnde differentia peccati mortalis et venialis ex reatu pene accepta: cōſequi pōt diuerſam ſpēm peccati ſed non illã cōſtituit. Alio modo peccatū mortale et peccatum veniale diſtinguūtur ex obiecto ſeu materia circa quã. qm̄ peccatū mortale eſt circa aliquid qḋ ſm ſe repugnat charitati que eſt pncipiū vite ſpiritualis: veniale vero eſt circa aliquid qḋ charitati nō repugnat. et qꝛ ſpecies actuū humanorum ſiue moraliū accipitur ex obiecto ꝑut. S. Tho. deducit pma. 2ᵉ. q. 18ª. articulis. 2°. 5°. et. 6°. iō huiuſcemodi differētia peccati mortalis & venialis q accipitur ex obiecto: diuerſificat eorum ſpēm et ſm eam diſtinguūt̄ eſſentialiter. vbi ergo. S. Tho. dicit ꝙ differentia peccati venialis a mortali non ē eſſentialis et ſpecifica ſed accidentalis vt pma. 2ᵉ. q. 72. ar. 5°. accipit peccatū mortale et veniale ſm primū modū diſtinctionis. nam ſecundo modo peccatū mortale et veniale eſſentialiter et ſpecifice diſtinguūt̄ iuxta ipſiꝰ doctrinã capiēdo differētiam ſpecificã ſm ꝙ large ſpecies dicunt̄ ſub genere analogo ſicut patet in locis ꝓ concluſione allegatis.

¶Tertio Pro declaratione ſecunde concluſionis notandum eſt ꝑut. S. Tho. deducit pma. 2ᵉ. q. 84. arti. 2°. ꝙ in actibus volūtarijs cuiuſmodi ſunt peccata: duplex ordo inuenit̄. ſ. intentionis et executionis. in pmo quidē ordine: finis habet rationem principij vt ſepe dictū eſt ſupra. finis aūt in omibꝰ bonis temporalibus acquirēdis: eſt vt homo ꝑ illa quandã perfectionē ſingularē et excellentiam habeat. et ideo ex hac parte ſuperbia que eſt appetitus excellentie ponitur initiū omnis peccati. ſed ex parte executionis: illud dr̄ eſſe primū quod ꝑbet oportunitatē adimplēdi oīa deſideria peccati. et hoc habet rōnem radicis peccatoꝝ ad ſimilitudinem radicis arboris q alimentum ꝑſtat toti arbori. & ex hac parte auaricia ſeu cupiditas ponitur ab apoſtolo radix omniū maloꝝ. videmus enim ꝙ ꝑ diuitias q ſunt ꝓpria materia et obiectū auaricie: homo habet facultatē ꝑpetrandi quodcūqꝫ pctm̄. eo ꝙ ad habenda quecūqꝫ tēporalia bona: pōt homo ꝑ pecuniã iuuari ſm illḋ Eccle. 10. pecunie obediūt oīa. ¶Aduertēdum tamē ꝙ ſupbia dupliciṫ pōt capi. vno modo ſm ꝙ importat repugnātiã ſeu rebellionē ad legem dei: et ſic ē generalis cōdicio oīum pctōꝝ. qcūqꝫ. n. peccat mortaliṫ: legi dei repugnat. huiuſcemodi tn̄ repugnātia ac rebellio intelligēda ē ſm effectum nō ſm affectū. nã oīs q peccat mortaliṫ: eo ipo

non ſubditur regule ſuperioris.ſ.dei ſed cōtra fa
cit quod ē effectꝰ q̄dā ſupbie. nō aūt ſemp repug
nat ſꝫ affectū quia nō ſemp qui peccat: ex actua=
li cōtēptu dei vel legis ipſius delinquit ſed qn̄qꝫ
ex ignorātia qn̄qꝫ vero ex infirmitate ſeu paſſio=
ne. quēadmodū dicimꝰ ꝙ is qui ignorāter patrē
occidit: parricidiū cōmittit ſm effectum ſed non
ſm affectū qꝛ id nō intendebat. ſic enim quicūqꝫ
peccat: legē dei cōtemnit ſm effectū cū ipaꝫ trāſ=
grediaꝛ: non tn̄ ſemp ſm affectū: nā nō ſemp pec
cat intēdēs legē contēnere. Alio modo accipitur
ſupbia ſm ꝙ eſt ſpeciale pctm̄ ꝓut.ſ. eſt appetitꝰ
inordinatꝰ ꝓprie excellētie: et ſic pōt cōſiderari
vt finis alioꝝ peccatoꝝ dupliciꝛ. vno modo vir=
tualiꝛ et implicite vel p quandā cōſequētiā vt cū
aliquis peccat aliquo alio peccato cuius finē pro
prium et ꝓximū actu intēdit in quo tn̄ virtualiꝛ
et implicite aut cōſecutiue includiꝛ inordinatus
appetitꝰ ꝓprie excellētie: et iſto modo ſupbia ſm
ꝙ eſt ſpeciale pctm̄: eſt initiū oīs alterius pecca=
ti inqꝫm̄ oīa peccata ꝓcedūt ab homine ex inor
dinato amore ſui qui facit ciuitatē babilonis vt
Auguſ. inquit. 14°. de ciuitate dei. idē eſt enim ꝙ
homo ſe amet inordinate: et ꝙ ſui excellentiam
amet. loquimur nunc de amore ſui inordinato p
exceſſum. q̄ eni ſe amat plus q̄ꝫ debet: excellētiaꝫ
aliquā ſibi appetit ſaltē libertatē ac poteſtatē ex=
plendi q̄cūqꝫ appetit. qui appetitꝰ eſt ꝓprius actꝰ
ſupbie. alio modo ſupbia conſiderari pōt vt finis
alioꝝ peccatoꝝ: nō qꝛ eius obiectū virtualiter ꝛ
implicite ſit finis omniū alioꝝ pctōrum: ſꝫ inqꝫm̄
oīa alia peccata ad finē ſupbie q̄ eſt ꝓpa excel=
lētia ordinari poſſunt p intētionē peccātis. oīe
eni illud qđ quis inordinate appetit: pōt ad ſui ex
cellentiā ordinare quāuis actu nō ordinet. et dif=
fert iſte modus a p̄mo. qꝛ ſꝫ p̄mū modū oīa pec
cata et ſemp ex ſupbia oriunꝛ. ſecundo vero mo
do quāuis oē pctm̄ ex ſupbia oriri poſſit: et tn̄
non ſemp actu qꝛ nō ſemp peccator ordinat pec
catū ſuū ad finē ꝓprie excellētie ſꝫ ad alium q̄ eſt
finis proprius peccati q̄ peccat. Accipiunꝛ p̄miſſa
in hoc notabili ex dictis. S.T. p̄ma. 2ᵉ. q. 84ᵃ.
articulis p̄mo et. 2°. Et. 2ᵃ. 2ᵉ. q. 162. articulis
p̄mo et. 2°. Et in. q. de malo. q. 8ᵃ. ar. 2°.

QUantuꝫ ad ar=
ticulum quartū reſpōdēdum eſt
obiectionibꝰ aduerſarioꝝ. Et q̄
dē ad oīa ſex argumēta Aureo
li cōtra p̄mā cōcluſionē dicimꝰ ꝙ
quicq̄d ſit de eorū ꝓceſſu nā nōnulla aſſumūt et
preſupponūt falſa: et tamē non militāt cōtra no=
ſtraꝫ cōcluſionē nec cōtra. S. Tho. qui inter pec
catū mortale et veniale ponit differētiā eſſentia
lem et ſpecificā ꝓut mortale et veniale large dici
poſſunt ſpēs qꝛ ſub vno cōmuni analogo.ſ. pec=
cato ſunt. et de hoc dictū fuit latiſſime in ſecūdo
notabili. ¶ Ad. 7ᵐ qđ eſt Durādi dꝛ ꝙ ꝓcedit ex
falſa imaginatione.ſ. ꝙ impfectio peccati ſit ex d=
fectu deliberationis dūtaxat ſicut cōtingit in ſu=
bitis motibus deordinatis. hoc aūt falſuꝫ eſt. nā
etiā iperfectio peccati pōt cōtigere ex pte obiecti
vel materie qn̄ non hēt perfectā rōnem indebiti
quia.ſ. fini humanoꝝ actuū nō repugnat ꝓut in
ſecūdo notabili declaratū fuit. vn̄. S.T. in pre=
cedēte diſti. q. pᵃ. ar. 4°. in cor. dicit ꝙ impfectio
peccati dupliciꝛ eē pōt. vel ex genere actꝰ vel ex
parte peccātis. genꝰ aūt ipſius actꝰ ſumiꝛ ex ma=
teria ꝛ obiecto. in illa autē materia pctm̄ pfecte
inueniꝛ in qua ſi peccet: v̄tus charitatis ad deuꝫ
ꝛ ad ꝓximū diſſoluiꝛ p quaꝫ vita ē anime. in illa
aūt materia pctm̄ impfecte inueniꝛ in qua ſi pec=
ceꝛ: charitas ad deū et ad ꝓximū et humana ſo=
cietas nō diſſoluiꝛ ſed ſtare pōt. ex parte v̄o pec
cantis ē impfectio peccati ꝓpter iperfectionē po
tentie elicientis actū. ſicut p̄mi motꝰ ſenſualitatis
qui deliberationē p̄cedūt: peccata venialia ſunt
quāuis in materia ſint peccata mortalia. ¶ Ad
8ᵐ. diciꝛ ꝙ minor ē falſa. imo pctm̄ veniale diciꝛ
pctm̄ p attributionē ad pctm̄ mortale. tū qꝛ ē diſ
poſitio ad illud quēadmodū accidēs dꝛ ens per
attributionē ad ſubſtātiā qꝛ eſt eiꝰ diſpoſitio. tuꝫ
etiā qꝛ pctm̄ mortale importat deordinationeꝫ
a fine: pctm̄ autē veniale importat deordinatio=
nem circa id qđ eſt ad finē qđ ſe habet ad finē ſic
via ad terminū. vn̄ ſicut via denominaꝛ p attri=
butionem ad terminuꝫ vt calefactio a calore ad
quē eſt: ita pctm̄ veniale qđ eſt deordinatio q̄dā
vie denominaꝛ pctm̄ a peccato mortali qđ ē de=
ordinatio termini et finis. et ad ꝓbationē mino=
ris dꝛ ꝙ aſſumptū hēt veritatē in illis q̄ analogi
ce dn̄r ſꝫ primū modū analogie poſitū in ſecūdo
notabili eo ꝙ forma ſm quā fit d̄nominatio ana
logi in vno analogatoꝝ tm̄modo hēt eē: nō autē
hēt neceſſario veritatē in illis q̄ analogice dicunꝛ
ſm analogiā ſecūdo modo ibi poſitā. qꝛ vt ſic: cū
forma ſm quaꝫ fit denominatio analogi habeat
eſſe in ſingulis q̄ analogice dn̄r: nō neceſſario eſſe
vniꝰ depēdet ab eſſe alteriꝰ quātum eſt ex rōne
analogi. qꝛ iſtoꝝ analogia magis accipitur ſꝫ rō
nem quidditatis ipſoꝝ q̄ꝫ ſm eorum eſſe. vnde
ſi eſſe accidentis neceſſario dependet ab eſſe ſub
ſtantie: hoc non eſt inqꝫm̄ analogice dicuntur ſub
ente: ſed quia natura accidentis talis eſt ꝙ eē nō

